ite hoc loco, Auditores, me
, virtutem, Hispanorum-
stantiam. Cum enim omnes
atque nationes, quae con-
incolunt, Tyranno succu-
suaque omnia ei dedissent,
ipsis derelicti, sine guber-
iis, sine exercitu, post di-
solum viribus fidentes, om-
pore arma sumpserunt, ea-
ponere constituerunt, nisi
to, quod et praestiterunt,
onte Gallis indixerunt, cum
tiam redeuntes. Sed illuc,
ius, revertamur.

n tempore regni optimati-
rii tradita est: qui cum
ion possent, in urbem ma-
Gades appellant, se omnes
sque rebus consuluerunt.

am tenere putavit: Regum deinde Lu-
iorum fuga occasionem ad occupandam
taniam oblatam sibi arbitratus, ut ejus
is Duces Gallorum memoriae prodide-
: quo factum est, ut Hispaniam nostram,
que cinctam periculis, sine copiis, sine
citu, castellis etiam praecipuis et muni-
is occupatis, deffendi non posse arbi-
etur. Unde cognitum etiam est, inno-
es laedendi causis fictis occasionem sce-
is nunquam deffuisse.

IV. Tyrannus vero per suos explo-
es certior factus, Ferdinandum Hispa-
regnum accepisse, de suis, quem ha-
fidelissimum, ad Regem missit, ut ei
iaret suis verbis, se Mantuam Carpe-
rum celeriter adventurum, ut ibi de re-
gendis amicissime consuleretur. Ferdi-
us itaque insidiarum, quae ei paraban-
inscius, Burgis primum, Victoriae
le occurrendum putavit. Hoc in oppido

bis illum educere tentavit: Aquis tan
Augustis excepit. Quae omnia eo valet,
ut invitus ad regni abdicationem cogere

XV. Utinam, Auditores, iis ego in
nationis verbis hoc in tempore uti poss
ut in hominum sceleratissimum, inaudi
facinus perpetrantem, odium sempiter
gravemque vestram offensionem com
rem. Multa praetereo consulto, sed e
cum ex libellis in lucem editis, tum ex
jectura perspicitis, quanta a Parenti
quanta ab exteris, quanta a suis etiam
dinandus noster pertulerit. Summa
dignitate et constantia ad ea, quae e
quaesita, coram respondebat; ei tamen
poleo, summis contumeliis affecto,
tem minitatur, nisi regno se abdicaret

XVI. Quod tunc quisque prudent
mus, reique publicae bene gerendae pe
simus vir effecisset, id Ferdinandus
effecit, tritum in mente habens illud

ABSOLVTISSIMÆ INSTITVTIONES IN GRÆCAM LINGVAM:

Auctore

NICOLAO CLENARDO.

Cum succinctis Annotationibus, ac Latina Græcarum vocum interpretatione.



ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Viduam, & Ioannem Moretum.
M. D. XCIIII.

NICOLAVS CLENARDVS FRANCISCO HOVERIO, LVDI LITERARII MODERATORI APVD MECHLINIENSES, S.

Auctori Damnato

CVM ante annos aliquot diſcipulis meis, quos priuatim docendos ſuſceperam, Græcas literas tradere vellem, congeſſi in eam linguam breues admodum Inſtitutiones, vt rudimentorum candidatis inſtar enchiridij forent. Id opuſculum anno ſuperiore prælo committere ſtudui; partim vt auditoribus noſtris expeditior via ſterneretur, partim vt deſiderio tuo ſatisfacerem, cui neceſſitudinis nomine plurimum deberem. Verùm nec commoditas in præſentia dabatur typographi, & otium alioqui deerat, quantum lambendus ille partus requireret. Itaque his proximis diebus temporis partem nactus, & Reſcio noſtro benignè operas præbente, libellum ad limam reuocaui, iuſtoque auctario locupletatum reddidi. Meritò autem tibi dicandum duxi, vt hoc veluti teſtimonio, Mechlinienſium iuuentuti gratularer;

tularet: quæ tam diligentem sorttia præceptorem, non ipsa modò in Græcis literis strenuè promouet, sed exteros quoque plurimos studiorũ fama in ludum tuum pellicit: adeò vt non triuiali scholæ, sed celeberrimæ cuipiam academiæ præesse videaris: industria paratis ædibus, quæ numero nostrorum gymnasiorum sint æmulæ. Faxit Deus vt iste auspicatissimus cursus magis ac magis indies prosperetur: & quemadmodum Latinos discipulos optimè eruditos, ita iam incipias Græcanica literatura præditos è nouis istis Athenis ad nos dimittere. Vale. Louanij, XVII. Kal. April. Anno M. D. XXX.

GRÆCORVM LITERÆ.

Α α	Ἄλφα	Alpha	a
Β β ϐ	Βῆτα	Vita	b
Γ γ	Γάμμα	Gamma	g
Δ δ	Δέλτα	Delta	d
Ε ε	Ε ψιλὸν	E psilon	e
Ζ ζ ζ	Ζῆτα	Zita	z
Η η	Ητα	Ita	ē i
Θ ϑ θ	Θῆτα	Thita	th
Ι ι	Ἰῶτα	Iota	i
Κ κ	Κάππα	Cappa	c
Λ λ	Λάμϐδα	Lambda	l
Μ μ	Μῦ	My	m
Ν ν	Νῦ	Ny	n
Ξ ξ	Ξῖ	Xi	x
Ο ο	Ο μικρὸν	O micron.	o paruum.
Π ϖ π	Πῖ	Pi	p
Ρ ρ ϱ	Ρῶ	Rho	r
Σ σ ς	Σῖγμα	Sigma	s
Τ τ	Ταῦ	Tau	t
Υ υ	Υ ψιλὸν	Y psilon	y
Φ φ	Φῖ	Phi	ph
Χ χ	Χῖ	Chi	ch
Ψ ψ	Ψῖ	Psi	ps
Ω ω	Ω μέγα	O mega.	o magnum.

Vocales {
Longæ η, ω.
Breues ε, ο.
Ancipites α, ι, υ: quæ & communes dicuntur, quòd modò sint longæ, modò breues.
}

Vocalium diuisio.

Quæ per υ scribuntur, nunc ferè per f pronunciātur, αυ, af, ευ, ef, &c.

DIPHTHONGI.

Propriæ,	Impropriæ.
αι, αυ, ει, ευ, οι, ου,	ᾳ, ῃ, ῳ, ηυ, υι, ωυ.
æ, au, i, eu, ï, u.	a, i, o, iu, i, ou.

In αυ, ευ, ηυ, ου, ωυ, pronuntiatur υ, vt u consonans.

υ. Annotatio

Vocales item { Præpositiuæ α, ε, η, ο, ω, propterea quòd in diphthongis præponantur. Subiunctiuæ autem ι, υ, quòd subsequantur. }

Faciunt verò per se syllabam, quoties duobus in apice punctis notantur, πάϊς, pais, puer vel puella, dissyllabum: ἄϋπνος, aypnos, insomnis, trisyllabum. Cæterùm in tribus ᾳ, ῃ, ῳ, iota non ad latus affigitur, sed infrà subscribitur.

Cōsonantiū diuisio.

Mutæ { Tenues π, κ, τ. Mediæ β, γ, δ. Aspiratæ φ, χ, θ. }

Duplices { ζ σδ. ξ κσ, γσ, χσ. ψ πσ, βσ, φσ. }

Liquidæ, siue immutabiles quatuor, λ, μ, ν, ρ.

CANONES PRONVNTIATIONIS.

Accentus. Acutus. Grauis. Circumflexus.

Accentus tres. { Acutus ʹ, Θεός, Theós. Deus: λόγος, lógos, sermo τύπτομεν, typtomen, verberamus. Grauis ʹ, τιμὴ, timi, honor. Circumflexus ῀, ποιῶ, piô, facio: βοᾶτε, voâte, clamatis. }

Acutus & circumflexus attollunt syllabam quam afficiunt, grauis deprimit.

Spiritus.

SPIRITVS duo, Asper siue densus ʽ, ἅμα, hama, simul. Lenis siue tenuis ʼ, ἐγὼ, egò, ego. Semper autem vocalis aut diphthongus initio dictionis alterum possidet è spiritibus.

Consonans ρ in principio quidem aspiratur, ῥώμη, rhomi, robur: in medio verò si geminetur, priore loco leuigatur, posteriore aspiratur, πόῤῥω, porrho, longè.

Apostrophus.

Apostrophos, nota est reiectæ vocalis, α, ε, ι, ο: aut diphthongi αι,

gi, αι, ει: quod fit ob ſequentem vocalem; quæ ſi aſpiretur, migrat
præcedens tenuis in aſpiratam: πάντα ἔλεγον, omnia dixi, πάντ'
ἔλεγον, pandelegon: (prolatio enim eſt in morem vnicæ dictionis)
ἀπὸ οὗ, a quo, ἀφ' οὗ: κατ' οὗ, contra quem, καθ' οὗ, νύκτα ὅλην, no-
ctem totam, νύχθ' ὅλην.

Gamma γ ante γ, ξ, χ, ſonat perinde vt n: ἄγγελος, angelos,
nuntius: λύγξ, lynx, ſingultus, vel lynx fera: ἔγχος, enchos, ha-
ſta: ſic ante κ, ſed ipſum κ ſonandum vt γ: πέφαγκα, pephanga,
apparui.

Tau τ poſt ν, vt d, τὸν Τάνταλον, ton Dantalon, Tantalum.

Nу ν, ante β, μ, π, vt m: τὸν βίον, tom vion, vitam: τὴν μερίδα,
tim merida, particulam: τὸν πίθον, tom bithon, per b, dolium.

Pi π poſt μ, vt b Latinum: πέμπω, pembo, mitto. Itidem poſt ν
in diuerſis dictionibus: τὸν πίθον, tom bithon, dolium.

PARTES ORATIONIS. OCTO.

NOMEN, Verbum, Participium, Pronomen, Articulus,
Aduerbium, Coniunctio, Præpoſitio.

CASVS quinque, Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Ac-
cuſatiuus, Vocatiuus. ſiquidem Ablatiuo Græci carent.

NVMERI tres; Singularis, Dualis, Pluralis. Vtimur Dua- Vſus numeri Dua-
li, quum de duobus eſt ſermo. In Duali vox eadem Nominatiui, lis.
Accuſatiui, & Vocatiui: itidem Genitiui & Datiui. Sic in Plu-
rali ſemper Nominatiuus idem cum Vocatiuo.

Latini inter declinandum vſurpant, hic, hæc, hoc: Græci verò
Articulum, ὁ, ἡ, τό: quem vocant Præpoſitiuum, quòd nominibus Articulus.
præponatur. Inflectitur autem ſic:

Maſcul. Sing. Nominatiuus ὁ, hic. Genit. τοῦ, huius. Dat. τῷ,
huic. Accuſ. τὸν hunc. Dual. Nominat. & Accuſ. τὼ, hi & hos,
de duobus. Genit. & Dat. τοῖν, horum & his, de duobus. Plural.
Nominat. οἱ, hi. Genit. τῶν, horum. Dat. τοῖς, his. Accuſ. τοὺς, hos.

Femin. Sing. ἡ, τῆς, τῇ, τὴν. D. τὰ, ταῖν. P. αἱ, τῶν, ταῖς, τάς.

Neut. S. τὸ, τοῦ, τῷ, τό. D. τὼ, τοῖν. P. τὰ, τῶν, τοῖς, τά.

Articuli Vocatiuum ignorant: pro quo in Declinationibus vtimur Aduerbio vocandi ὦ. ὁ.

DECLINATIONES NOMINVM QVINQVE.

Prima nominum parisyllabicorum declinatio.

ας.

ης.

PRIMA est in ας Masculinorum, ὁ Αἰνέας, Aeneas: & in ης partim Masculinorum, ὁ Χρύσης, Chryses: partim communium, ὁ καὶ ἡ λῃστὴς, hic & hæc latro: quorum Genitiuus in ου, Datiuus in ᾳ vel ῃ diphthongum impropriam, Accusatiuus in αν vel ην, Vocatiuus in α vel η, secundùm terminationem Nominatiui. Dualia & Pluralia conueniunt cum articulo Feminino, ablato τ.

S. {ας, ης,} ου, {ᾳ, αν, α, ῃ, ην, η.} D. α, αιν. P. αι, ῶν, αις, ας, αι.

Exempla primæ.

Sing. ὁ Αἰνείας, τοῦ Αἰνείου, τῷ Αἰνείᾳ, τὸν Αἰνείαν, ὦ Αἰνεία.
Dual. τὼ Αἰνεία, τοῖν Αἰνείαιν, ὦ Αἰνεία.
Plur. οἱ Αἰνεῖαι, τῶν Αἰνειῶν, τοῖς Αἰνείαις, τοὺς Αἰνείας, ὦ Αἰνεῖαι.
ὁ Χρύσης, τοῦ Χρύσου, τῷ Χρύσῃ, τὸν Χρύσην, ὦ Χρύση.
ὁ καὶ ἡ λῃστὴς, τοῦ καὶ τῆς λῃστοῦ. & ita deinceps.

Annotatio de Dialect.

Quinque Græcorum linguæ præcipuæ, Communis, Attica, Ionica, Dorica, Aeolica: è quibus Attici in omni Declinatione Vocatiuum similem formant Nominatiuo, ὁ & ὦ Αἰνείας.

SECVNDA DECLINATIO.

SECVNDA Declinatio tantùm est Femininorum quæ desinunt vel in α, ἡ μοῦσα, musa: vel in η, vt τιμὴ, honor: Genitiuus in ης: Datiuus in ῃ, diphthongum. Accusatiuus in αν, vel ην, Vocatiuus in α vel η iuxta terminationem Nominatiui. Dualia & Pluralia perinde se habent atque in prima Declinatione.

Sing. α, ης, ῃ, αν, α. Dual. α, αιν. Plural. αι, ῶν, αις, ας, αι.
η, ην, η.

Exempla secundæ.

ἡ μοῦσα, τῆς μούσης, τῇ μούσῃ, τὴν μοῦσαν, ὦ μοῦσα.
ἡ τιμὴ, τῆς τιμῆς, τῇ τιμῇ, τὴν τιμὴν, ὦ τιμή.

Annotatio

Finita in δα, θα, ρα, & α purum (hoc est, quod non subsequitur consonantem) faciunt Genitiuum in ας, Datiuum in ᾳ diphthon-

diphthongum. Λήδα, Λήδας, Λήδᾳ, *Leda:* Μάρθα, Μάρθας, Μάρθᾳ, *Martha:* ἡμέρα, ἡμέρας, ἡμέρᾳ, *dies:* φιλία, φιλίας, φιλίᾳ, *amicitia.*

TERTIA DECLINATIO.

TERTIA *Declinatio complectitur Masculina, Feminina, & Communia in* ος, ὁ λόγος, *sermo:* ἡ ὁδὸς, *via:* ὁ καὶ ἡ ἄνθρωπος, *homo. & neutra in* ον, τὸ ξύλον *lignum: Vocatiuus in* ε. *Genitiuus, Datiuus, & Accusatiuus, item Dualis & Pluralis sequuntur Articulum Masculinum & Neutrum.* ος. ον.

Sing. ος, ου, ῳ, ον, ε. *Dual.* ω, οιν. *Plural.* οι, ων, οις, ους, οι.
ων, ον, ον, α, α, α.

ὁ λόγος, τοῦ λόγου, τῷ λόγῳ, τὸν λόγον, ὦ λόγε. Exempla tertiæ.
ἡ ὁδὸς, τῆς ὁδοῦ, τῇ ὁδῷ, τὴν ὁδὸν, ὦ ὁδέ.
ὁ καὶ ἡ ἄνθρωπος, τοῦ καὶ τῆς ἀνθρώπου, &c.
τὸ ξύλον, τοῦ ξύλου, τῷ ξύλῳ, τὸ ξύλον, ὦ ξύλον.

Neutrorum tres casus similes, Nominatiuus, Accusatiuus, & Vocatiuus: qui in Singulari numero varias habent terminationes in quinta Declinatione: Pluraliter autem semper exeunt in α. Annotatio de nominibus neutris

QVARTA DECLINATIO.

QVARTA *Declinatio, Atticorum est propria vertentium vocales præcedentis Declinationis in* ω: *alioqui genere consentit: nam continet Masculina, Feminina, & Communia in* ως: ὁ Μενέλεως, *Menelaus:* ἡ ἅλως, *area:* ὁ καὶ ἡ εὔγεως, *fertilis: & Neutra in* ων, τὸ εὔγεων *Omnes casus desinunt in* ω: *vertitur enim* ο *in* ω, οι *in* ῳ, *subscribendo* ι, ου *in* ω, *abiecto* υ. *Neutrorum quoque* α *migrat in* ω *hoc modo,* ως. ων.

Sing. ως, ω, ῳ, ων, ως. *Dual.* ω, ων. *Plur.* ῳ, ων, ῳς, ως, ῳ.
ων, ων, ων. ω, ω, ω.

ὁ Μενέλεως, τοῦ Μενέλεω, τῷ Μενέλεῳ, τὸν Μενέλεων, ὦ Μενέλεως. Exempla quartæ.
ἡ ἅλως, τῆς ἅλω, τῇ ἅλῳ, τὴν ἅλων, ὦ ἅλως.
ὁ καὶ ἡ εὔγεως, τοῦ καὶ τῆς εὔγεω, τῷ καὶ τῇ εὔγεῳ.
τὸ εὔγεων, τοῦ εὔγεω, τῷ εὔγεῳ, τὸ εὔγεων.

Quatuor prædictæ Declinationes appellantur parisyllabicæ, quòd obliqui sint Nominatiuo pares syllabis.

QVINTA DECLINATIO.

QVINTA *Declinatio imparisyllabica, complectitur omnia genera, & terminationes plurimas. Genitiuus Nominatiuum superat exiens in ος, Datiuus in ι, Accusatiuus in α, Vocatiuus sæpe idem cum Nominatiuo. Dualis Nominatiuus ε, Genitiuus οιν. Pluralis Nominatiuus ες, Genitiuus ων. Datiuus σι, Accusatiuus ας, At Neutrorum Plurale in α.*

Sing. Nominatiuus varius, ος, ι, α, Vocatiuus varius. Dual. ε, οιν. Plural. ες, ων, σι, ας. ες.

α, α, α.

Exemplũ quintæ. *Singul.* ὁ Τιτὰν, τοῦ Τιτᾶνος, τῷ Τιτᾶνι, τὸν Τιτᾶνα, ὦ Τιτάν. *Dual.* τὼ Τιτᾶνε, τοῖν Τιτάνοιν, ὦ Τιτᾶνε. *Plur.* οἱ Τιτᾶνες, τῶν Τιτάνων, τοῖς Τιτᾶσι, τοὺς Τιτᾶνας, ὦ Τιτᾶνες, Titan.

Terminationes quintæ Declinationis.

Genitiuus quintæ. *Finita in α, formant Genitiuum in ατος: τὸ βῆμα, τοῦ βήματος, altare, tribunal, suggestum.*

α, ατος. Annotatio. *Nomina litterarum sunt indeclinabilia,* τὸ ἄλφα, βῆτα, δέλτα.

ι, ιτος. *ι, ιτος, vnum substantiuum,* τὸ μέλι, μέλιτος, *mel.*

Adiectiua in ι. *Adiectiua Neutra communium legem seruant,* ὁ καὶ ἡ εὔχαρις, τὸ εὔχαρι, εὐχάριτος, *gratiosus, a, um:* ὁ καὶ ἡ φιλόπατρις, τὸ φιλόπατρι, φιλοπάτριδος, *patriæ studiosus, a, um: sic etiam* τὸ, τὶ, τινὸς, *vt commune,* ὁ καὶ ἡ τὶς, τινὸς, *aliquis, aliqua, aliquod.*

ι, ιος. *ι, ιος:* τὸ σίναπι, σινάπιος, *sinapi: de quo alias.*

υ, υος. *υ, υος:* τὸ γόνυ, γόνυος, *genu, geniculum.*

υ, εος. *υ, εος:* τὸ ἄστυ, ἄστεος, *vrbs:* τὸ πῶϋ, πώεος, *grex ouium, ouile. Sic Neutra Masculinorum in υς,* ὁ ἡδὺς, τὸ ἡδὺ, ἡδέος, *iucundus, a, um, suauis, & suaue.*

ω, όος. *ω, οος:* ἡ Λητὼ, Λητόος, *Latona: est Declinationis contractorum.*

αν, ανος. *αν, ανος:* ὁ παιὰν, παιᾶνος, *pæan, genus cantilenæ in laudem alicuius,* ὁ Πὰν πανὸς, *Pan, deus pastorum:* τὸ μέλαν, μέλανος, *nigrum, atramentum.*

αν, αντος:

αν, αντος: Participia sunt: τὸ τύψαν, τύψαντος, verberans, vel αν, αντος.
quod verberauit. Sic Adiectiuum τὸ πᾶν, παντὸς, omne: more
Mascul. πᾶς, παντὸς, omnis.

εν, ενος: τὸ τέρεν τέρενος, tenerum. εν, ενος.

εν, εντος: τὸ χαρίεν, χαρίεντος, gratum, vrbanum; vt Masculi- εν, εντος.
num χαρίεις, gratus: sic Participia, ὁ τυφθεὶς, τὸ τυφθὲν, verbera-
tus, verberatum.

ην, ηνος: ὁ Ἕλλην, Ἕλληνος, Græcus. ἡ σειρὴν, σειρῆνος, ην, ηνος.
siren apis genus, aut certè domuncula, & Siren fabulosarum mu-
lierum vna.

ην, ενος: ὁ ποιμὴν, ποιμένος, pastor: ἡ φρὴν, φρενὸς, mens: ὁ καὶ ην, ενος.
ἡ τέρην, τέρενος, tener, tenera: cuius Neutrum τὸ τέρεν, τέρε-
νος, tenerum.

ιν, ινος: ὁ δελφὶν, δελφῖνος, Delphin piscis: ἡ ἀκτὶν, ἀκτῖνος, ra- ιν, ινος.
dius: cuiusmodi Nominatiuus etiam per ις, δελφὶς, ἀκτίς. ιν, vel ις.

ον, ονος: τὸ μεῖζον, μείζονος, maius: à communibus ον, ονος.
in ων.

ον, οντος: Participia sunt, τὸ τύπτον, τύπτοντος, verberans. ον, οντος.

ουν, οδος: τὸ δίπουν, δίποδος. vt commune δίπους, bipes. ουν, οδος.

ουν, ουντος: Participia sunt, τὸ τυποῦν, τυποῦντος, verbe- ουν, ουντος.
raturum.

υν, υνος: ὁ μόσυν, μόσυνος, turris, domus lignea: ἡ Γόρ- υν, υνος.
τυν, Gortyn, ciuitas Cretæ: quorum Nominatiuus etiam in ις
desinit: ὁ Φόρκυν, vel Φόρκις, Phorcys, Neptuni filius, & Me-
dusæ pater.

υν, υντος: Participia sunt: τὸ ζευγνὺν, ζευγνύντος, iungens, υν, υντος.

ων, ωνος: ὁ κλὼν, κλωνὸς, ramus: ὁ αἰὼν, αἰῶνος, æuum: ἡ Σι- ων, ωνος,
δὼν, Sidon, vrbs Phœnicia, ὁ Πλάτων, Πλάτωνος, Plato: ἡ μή-
κων, papauer.

ων, ονος: ὁ πρίων, πρίονος, serra: ἡ χελιδὼν, χελιδόνος, hirun- ων, ονος.
do: & communia, ὁ καὶ ἡ εὐδαίμων, εὐδαίμονος, felix: & ita
Comparatiua, ὁ καὶ ἡ κρείσσων, κρείσσονος, melior: quorum Neu-
tra in ον: τὸ εὔδαιμον, εὐδαίμονος, felix, beatum: τὸ κρεῖσσον, κρείσ-
σονος, melius.

ων, ῶντος: ὁ Ξενοφῶν, Ξενοφῶντος, Xenophon. ων, ῶντος.

ων, οντος:

ων, οντος. ων, οντος: δράκων, δράκοντος, draco: & Participia, ὁ τύπτων, τύπτοντος, verberans.

ξ in { κος. γος. χος. } ξ, in κος, γος, χος: ὁ θώραξ, θώρακος, pectus, thorax: ἡ κύλιξ, κύλικος, poculum, calix: ὁ ἅρπαξ, ἅρπαγος, rapax: ἡ ἀλώπηξ, ἀλώπεκος, vulpes: mutat η in ε: ἡ θρὶξ, τριχὸς, capillus: pro aspirata sumit tenuem, τ pro θ.

ξ, κτος, ὁ ἄναξ ἄνακτος, rex: ἡ νὺξ, νυκτὸς, nox interiecto τ.

αρ, αρος. αρ, αρος: ὁ μάκαρ, μάκαρος, beatus: ἡ δάμαρ, vxor: τὸ νέκταρ, nectar, cibus, vel, vt alij volunt, potus deorum.

αρ, ατος. αρ, ατος: τὸ ἧπαρ, ἥπατος, iecur, hepar: τὸ δέλεαρ, δελέατος, esca ad capiendum, illecebra.

ειρ, ειρος. ειρ, ειρος: ὁ φθεὶρ, φθειρὸς, pedunculus: ἡ χεὶρ, manus: ὁ καὶ ἡ ἀντίχειρ, pollex.

ηρ, ηρος. ηρ, ηρος: ὁ Σὴρ, Σηρὸς, Ser vel Seres populus, & vermis nens sericum: λουτὴρ, λουτῆρος, peluis: τὸ κῆρ, κηρὸς, cor.

ηρ, ερος. ηρ, ερος: ὁ αἰθὴρ, αἰθέρος, æther, id est, ignis elementum: in multis verò syncope, ὁ πατὴρ, πατέρος, πατρὸς, pater: ἡ μήτηρ, μητέρος, μητρὸς, mater. sic & ἡ θυγάτηρ, γαστὴρ, Δημήτηρ, filia, venter, Ceres: at ὁ ἀνὴρ, vir: ἀνέρος, ἀνδρὸς assumit δ.

ορ, ορος. ορ, ορος: τὸ ἦτορ, ἤτορος, cor, animus: & inde compositum, ὁ μεγαλήτωρ, μεγαλήτορος, magnanimus.

υρ, υρος. υρ, υρος: ὁ ψίθυρ, ψίθυρος, susurro: ὁ καὶ ἡ μάρτυρ, μάρτυρος, testis: & Neutrum τὸ πῦρ, πυρὸς, ignis.

ωρ, ωρος. ωρ, ωρος: ὁ φὼρ, φωρὸς, fur. ὁ ἰχὼρ, ἰχῶρος, sanies, cruor: τὸ ἕλωρ, ἕλωρος, tractio, laceratio: τὸ τέκμαρ, τέκμωρος, signum, finis, mors.

ωρ, ορος. ωρ, ορος: ὁ Νέστωρ, Νέστορος, Nestor: ὁ Ἕκτωρ, Ἕκτορος, Hector, ὁ καὶ ἡ ἀπάτωρ, ἀπάτορος, carens patre: ὁ καὶ ἡ ἀμήτωρ, carens matre: πανδαμάτωρ, omnia domans vel omnidomans: τὸ ὕδωρ, τοῦ ὕδατος, aqua, Heteroclitum est.

ας, αντος. ας, αντος: ὁ Αἴας, Αἴαντος, Aiax: ὁ πᾶς, τοῦ παντὸς, omnis, cunctus: ἡ πᾶσα, τῆς πάσης, cuncta: τὸ πᾶν, τοῦ παντὸς, cunctum:

Exceptio. sic ἅπας, omnis: σύμπας, vniuersus, omnis. Duo in ανος: ὁ μέλας,

ας, ανος. niger: τάλας, miser: μέλανος, τάλανος: quorum Feminina ἡ μέλαινα, τάλαινα: Neutra τὸ μέλαν, τάλαν.

ας, άδος:

ας, άδος: Feminina sunt, ἡ μονὰς, μονάδος, monas, vnitas: ας, αδος.
λαμπὰς, λαμπάδος, lampas, lucerna. aut communia: ὁ καὶ ἡ φυ-
γὰς, φυγάδος, exul, profugus.

ας, ατος, Neutrum: τὸ γῆρας, γήρατος, senectus; τὸ ἅλας, ἅλα- ας, ατος.
τος, sal.

αις, αιτος, vnum Femininum: ἡ δαὶς, δαιτὸς, conuiuium: & αις, αιτος.
vnum Neutrum, τὸ σταὶς, σταιτὸς, farina aqua subacta. Commu-
ne autem, ὁ καὶ ἡ παῖς, puer, puella, facit παιδὸς. sic composita eius αις, αιδος.
ἄπαις, sine liberis, carens filijs: εὔπαις, liberis abundans, vel bonos
habens filios, aut bona indole puer.

αυς, αὸς: ἡ ναῦς, vel νηὸς, nauis, τῆς ναὸς vel νηὸς: sic γραῦς, anus, αυς, αὸς.
vetula. vel ηος.

ες, εος, Neutra communium in ης: τὸ ἀληθὲς, τοῦ ἀληθέος, ες, εος.
verum.

εις, ενος: ὁ κτεὶς, κτενὸς, pecten. sic Adiectiuum εἷς, ἑνὸς, vnus: εις, ενος.
Femininum, μία, μιᾶς: Neutrum ἓν, ἑνὸς, & inde composita, μη-
δεὶς, μηδεμία, μηδὲν: οὐδεὶς, οὐδεμία, οὐδὲν, nullus, a, um.

εις εντος: ὁ Σιμόεις, Σιμόεντος, Simois, Simoentis, nomen flu- εις, εντος.
uij in Phrygia. ἡ Ὀποεις, Ὀπόεντος, Opus, Opuntis, ciuitas in Lo-
cris. itidem Adiectiua, ὁ χαρίεις, χαρίεντος, ἡ χαρίεσσα, τὸ χαρίεν,
gratus, a, um: & Participia. ὁ τυφθεὶς, τυφθέντος, verberatus. At
ἡ κλεὶς, clauis, τῆς κλειδὸς, τῇ κλειδὶ, τὴν κλεῖδα & κλεῖν.

ευς, έος communiter, ῆος Ionicè, έως Atticè: ὁ βασιλεὺς, ευς { έος. ῆος. έως.
βασιλέος. βασιλῆος, βασιλέως, rex: de hoc postea.

ης, ητος: ὁ λέβης, λέβητος, lebes, cacabus: ἡ ἐσθὴς, ἐσθῆτος, vestis. ης, ητος.
& item Substantiua Feminina quæ fiunt ab Adiectiuis in ος: κα-
κὸς, malus: ἡ κακότης, κακότητος, malitia.

ης, ῆντος: ὁ τιμῆς, τιμῆντος, honoratus: δαφνῆς, δαφνῆντος, ης, ῆντος.
laureaceus.

ης, εντος: ὁ Κλήμης, Κλήμεντος, Clemens: Οὐάλης, Οὐάλεντος, ης, εντος.
Valens, seu Valentinus.

ης, εος: ὁ Δημοσθένης, Δημοσθένεος, Demosthenes: ὁ Ἡρακλῆς, ης, εος.
Ἡρακλέος, Hercules: ἡ τριήρης, τριήρεος, triremis: ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς,
ἀληθέος, verus, vera.

ις, ιος: ὁ κὶς, κιὸς, vermiculus qui in ligno vel frumento nasci- ις, ιος.
tur:

tur: ὁ ὄφις, ὄφιος, *serpens*: ἡ πόλις, πόλιος, *vrbs*.

ις, ιδος. ις, ιδος: ὁ Πάρις, Πάριδος, *Paris*: ἡ κρηπὶς, κρηπῖδος, *crepida*. & *Communia*. ὁ καὶ ἡ ἄπολις, ἀπόλιδος, *extorris, exul*: ὁ καὶ ἡ

ις, ιθος. φυγόπολις *profugus*, ις, ιθος: ὁ καὶ ἡ ὄρνις, ὄρνιθος, *auis, ales*: ὁ μέρμις, μέρμιθος, *funiculus*.

τις, τινος. *Nomen infinitum*: ὁ καὶ ἡ τὶς, τὸ, τὶ, *aliquis, quidam, facit* τινός: *Interrogatiuum autem, quis, quæ, quod*, τίς, τί, τίνος, *acuta penultima*.

ος, εος. ος, εος: τὸ τεῖχος, τείχεος, *murus*: & *reliqua Neutra*.

ος, οτος. ος, ότος· τὸ τετυφὸς, τετυφότος, *verberans, vel quod verberauit: Participia sunt*.

ους: οος. ους, οος: ὁ καὶ ἡ βοῦς, τοῦ καὶ τῆς βοὸς, *bos*.

ους, ουντος. ους, οῦντος: ὁ πλακοῦς, πλακοῦντος, *errabundus, & placenta*. ἡ Ὀποῦς, Ὀποῦντος, *Opus, Opuntis*.

ους, όντος. ους, όντος: ὁ ὀδοὺς, ὀδόντος, *dens*: & *Participia* δοὺς, δόντος,

ους, όδος. *dans, vel qui dedit. Ceterùm* πούς, ποδὸς, *pes: sic composita: vt* ἄπους, ἄποδος, *expes, sine pede, apes*.

υς, υος. υς, υος: ὁ μῦς, μυὸς, *mus*: ὁ ἰχθὺς, ἰχθύος, *piscis*: ἡ χέλυς, χέλυος, *chelys, cithara, lyra*.

υς, έος. υς, έος: ὁ ὀξὺς, ὀξέος, *acutus, velox: Femininum*, ὀξεῖα: *Neutrum*, ὀξὺ, ὀξέος: *sic & reliqua Adiectiua*, ἡδὺς, *suauis*: ὠκὺς *velox*.

υς, εως. υς, εως, *Atticè*: ὁ πῆχυς, πήχεως, *cubitus*: ὁ πρέσβυς, *senex*: ὁ πέλεκυς, *securis*.

υς, υδος. υς, υδος: ἡ χλαμὺς, χλαμύδος, *chlamys: genus vestis*: ὁ καὶ ἡ νέηλυς, νεήλυδος, *nuper aduenins, aduena*.

υς, ῦντος. υς, ῦντος: ὁ ζευγνὺς, ζευγνῦντος, *iungens: Participia sunt*.

ως, ωτος. ως, ωτος: ὁ γέλως, γέλωτος, *risus*: τὸ φῶς, φωτὸς, *lux, lumen*.

ως, όος. ως, όος: ἡ αἰδὼς, αἰδόος, *pudor*: ἡ ἠὼς, ἠόος, *aurora*.

ως, ωος. ως, ωος: ὁ Τρὼς, Τρωὸς, *Troianus*: ὁ Μίνως, Μίνωος: *Minos*: ὁ ἥρως, ἥρωος, *heros*.

λς, λος. λς, λος: ὁ ἅλς, ἁλὸς, *sal*: ἡ ἅλς, ἁλὸς, *mare*.

νς, νθος. νς, νθος: ἡ ἕλμινς, ἕλμινθος, *tinea*: Τίρυνς, Τίρυνθος, *Tiryns*.

ρς, ρτος.

ρος, ρτ☉: ὁ μάκαρς, μάκαρτ☉, quod & μάκαρ, μάκαρ☉, ρος, ρτ☉. *beatus.*

ψ, π☉: ἡ ὤψ, ὠπὸς, *vultus*: ὁ Κύκλωψ, Κύκλωπ☉, *Cyclops.* ψ, π☉.

ψ, β☉: ὁ Ἄραψ, Ἄραβ☉, *Arabs*: ἡ φλέψ, φλεβὸς, *vena.* ψ, β☉.

ψ φ☉: κίνυψ, κίνυπ☉, *cynips, vel cinyps, musca canina*: ἡ ψ, π☉. κατῆλιψ, *scala*: ὁ Σκίραψ, *Scirαps.*

Et hactenus de Genitiuo.

ACCVSATIVVS *Singularis exit in α, τὸν Τιτᾶνα, Titanem. sed Nomina in ις, & υς, quorum Genitiuus in* ☉ *purum, faciunt Accusatiuum per ν, ὁ ὄφις, ὄφι☉, ὄφιν, serpens: ὁ βότρυς, βότρυ☉, βότρυν, racemus. Barytona in ις & υς declinata non purè, sortiuntur vtramque terminationem, ἡ ἔρις, ἔριδ☉, τὴν ἔριδα & ἔριν, lis, contentio: ὁ νέηλις, νεήλυδ☉, τὸν νεήλυδα, & νέηλυν, aduena. Etiam αυς, in αυν, ναῦς, ναὸς, ναῦν, nauis: γραῦς, γραὸς, γραῦν, anus, vetula. Finita in ους, sæpiùs in ν, ὁ βοῦς, βοὸς, βοῦν: rarò autem in α, τὸν βόα, bos.* ις, ιν. ις, υν. ☉, ιδα, ιν. υς, υδα, υν. αυς, αυν, ους, ουν, οα.

VOCATIVVS *idem cum Nominatiuo, ὁ Τιτὰν, ὦ Τιτάν. Excipe flexa per ντ☉, quæ ablato τ☉ formant Vocatiuũ, ὁ Αἴας, Αἴαντ☉, ὦ Αἶαν, Aiax: λέων, λέοντ☉, λέον, leo. Adiectiua in ην, & εις, quæ Neutrum per εν, εα & Vocatiuum per εν, τέρην, τὸ τέρεν, ὦ τέρεν, tener, a, um: χαρίεις, τὸ χαρίεν, ὦ χαρίεν, & etiam ὦ χαρίει, gratus, a, um. Grauitona in ηρ, habent ερ, μήτηρ, ὦ μῆτερ, mater. sic acuta quatuor πατὴρ, δαὴρ, σωτὴρ, ἀνὴρ, pater, leuir, id est, mariti frater, seruator, vir: ὦ πάτερ, δᾶερ, σῶτερ, ἄνερ, vbi & accentus in penultimam retrahitur.* Vocatiuus quintæ. ντ☉, ν. ην, εις, } εν ὦ χαρίει. ηρ, ερ.

Diphthongi ευς & ους deponunt σ: ὦ βασιλεῦ, βοῦ, πλακοῦ, ὁ rex, bos, placenta: præter ὦ ποὺς, & ὀδοὺς. ὁ pes, dens. Grauitona quoque in ις & υς, reyciunt σ: ὦ ὄφι, βότρυ, ὁ serpens, racemε, sic παῖς, ὦ παῖ, quod fit à πάϊς. ὦ πάϊ. puer, puella. ευς, ευ. ους, ου.

DATIVVS *Pluralis fit à Singulari, posito σ ante ι, τῷ βότρυϊ, τοῖς βότρυσι, racemo, racemis: & literæ δ, θ, ν, τ, sunt reyciendæ: λαμπάδι, λαμπάσι, lucernæ, lucernis: ὄρνιθι, ὄρνισι, aui, auibus: Τιτᾶνι, Τιτᾶσι, Titani, Titanibus: λέβητι, λέβησι, lebeti, lebetibus. Quod si tum penultima corriperetur, fiet diphthõgus, λέοντι, λέουσι, leoni, leonibus: πένθοντι, πένθουσι, ponẽti, ponentibus:* Datiuus pluralis quintæ.

nentibus: aut vocalis anceps, quæ in singulari producebatur positione, hic in plurali habetur longa: Αἴαντι, Αἴασι, *Aiaci, Aiacibus,* ἱστάντι ἱστᾶσι, *stanti, stantibus.*

αντι, ασι.

ξ, ξι. ψ, ψι. εις ευσι. ους ουσι.

Quæ in ξ *exeunt,* ψ, *aut diphthongum, adiectione* ι *faciunt Datiuum Pluralem,* ἅρπαξ, ἅρπαξι: Ἄραψ, Ἄραψι: βασιλεύς, βασιλεῦσι: βοῦς, βουσί, *rapax, Arabs, rex, bos: at* ὁ ποῦς, τοῖς ποσί, *pes.*

ηρ, ει, ράσι.

Illa in ηρ, *quæ syncopen patiuntur, Datiuum Pluralem faciunt in* άσι, πάτηρ, πατέρος, πατρὸς, τῷ πατρὶ, τοῖς πατράσι, *pater: sic* μητράσι, θυγατράσι, ἀνδράσι, *matribus, filiabus, viris: & similia.*

De nominibus contractis.

Atque hæ quidem Declinationes appellantur Simplices. Cæterùm cùm inter tam varia nomina Quintæ Declinationis, quædam Genitiuum faciant in ος *purum, & reliquos item casus in terminationem puram, fit vt in multis accidat Synæresis siue Crasis, duabus syllabis in vnam contractis, vt* τὸ τεῖχος, *murus,* τοῦ τείχεος, *& per Crasim* τείχους, τῷ τείχεϊ, *& per Synæresim* τείχει. *& similia. Ideóque quædam sunt Declinationes nominum contractorum.*

Synæresis.

Synæresis propriè est vocalium seruatarum in diphthongum contractio: τείχεϊ τείχει, *muro:* εϊ *in* ει.

Crasis.

Crasis, quum alioqui duæ syllabæ commiscentur in unam: vt, τείχεος, τείχους εο *in* ου: τείχεα τείχη, εα *in* η. *Sine discrimine tamen his vocibus pro eodem vtimur, Synæresis, Crasis siue Contractio.*

PRIMA DECLINATIO CONTRACTORVM.

ης.

ες, ος.

PRIMA *Declinatio Contractorum est nominum Masculinorum, Femininorum, & Communium in* ης: *Neutrorum verò in* ες, *&* ος: *quorum Genitiuus desinit in* εος: *ac fermè in omnibus casibus fiunt Crases ex* ε *& vocali vel diphthongo sequente, hoc modo:*

ους, ει, η. — η, οῖν, — εις, ῶν, — εις, εις.

Sing. ης, εος, εϊ, εα, ες. *Dual.* εε, έοιν. *Plur.* εες, έων, εσι, εας, εες.

ες, — ες, ες, — η, — η, η.

ος, — ος, ος. — εα, — εα, εα.

Contra-

Contractio Singularis Genitiui est εο, ου: *Datiui* εϊ, ει: *Ac-* εο,ου.
cusatiui εα, η: *Dualis Nominatiui* εε, η: *Genitiui* έοι, οῖ: *Plural.* ει, ει.
Nominatiui εε, ει: *Genit.* έω, ῶ: *Neutri Plural.* εα, η. εα,η,ει.

Vocales εα, *nunc in* η, *nunc in* ει *sic* εε, *& in* η, *& in* ει. εε,η,ει.

Vocatiuus Singularis in ες, ὦ Δημόσθενες, ὁ *Demosthenes.* έοι,οῖν.
Dat. Plural. in nulla contrahitur Declinatione. Singul. ὁ Δημο- έω,ῶ.
σθένης, τοῦ Δημοσθένεος Δημοσθένους, τῷ Δημοσθένεϊ Δημοσθένει, τὸν Annotatio
σθένεα σθένη, ὦ Δημόσθενες. *Dual.* τὼ *&* ὦ Δημοσθένεε σθένη, τοῖν Exempla.
σθενέοιν σθενοῖν. *Plural.* οἱ *&* ὦ Δημοσθένεες σθένεις, τῶν σθενέων
σθενῶν, τοῖς Δημοσθένεσι *absque Crasi:* τοὺς σθένεας σθένεις.
ἡ τριήρης, *triremis:* τῆς τριήρεος ήρους, τῇ τριήρεϊ ήρει.
ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς, *verus, a:* τοῦ καὶ τῆς ἀληθέος ἀληθοῦς.
τὸ ἀληθὲς, *verum:* τοῦ ἀληθέος ηθοῦς, τῷ ηθέϊ ηθεῖ.
τὸ τεῖχος, *murus:* τοῦ τείχεος τείχους. *& ita deinceps.*

SECVNDA DECLINATIO.
CONTRACTORVM.

SECVNDA *Declinatio est Masculinorum & Femininorum in* ις, *Neutrorum in* ι.

ι, ις, ις, ις.
Sing. ις, ιος, ιϊ, ιν, ι. *Dual.* ιε, ίοιν. *Plural.* ιες, ίων, ισι, ιας, ιες.
ι, ι, ι.
ι, ι, ι. ια, ια, ια.

Crases ex ιϊ, *in* ι *longum, idq́; in paucis: Singul. Datiuo* ιϊ *in* ι.
Plurali Nominatiuo ιες, *in* ις: *Accusatiuo similiter* ιας, *in* ις: *reliqui casus sine contractione. Neutrorum Plur.* ια *in* ι *Accusatiuus semper in* ιν. *Vocatiuus in* ι *ablato* σ *Nominatiui. Sing.* ὁ ὄφις, τοῦ ὄφιος, τῷ ὄφιϊ ὄφι, τὸν ὄφιν, ὦ ὄφι. *Et Plurale* οἱ *&* ὦ ὄφιες ὄφις, τοὺς ὄφιας ὄφις, *serpens: sic* ἡ πόλις, πόλιος, *vrbs.*

Neutrum τὸ σίναπι, σινάπιος, *sinapi. Plurale* σινάπια σινάπι. Exempla.

Iones hæc nomina flectunt per εος, *fitq́; crasis primæ Declinationis,* τῷ ὄφεϊ ὄφει, τὼ ὄφεε ὄφη, οἱ *&* ὦ ὄφεες ὄφεις, τοὺς ὄφεας ὄφεις: *alij autem casus non contrahuntur.*

Atticus Genitiuus singularis εως, ὄφεως. *Dual.* εων, ὄφεων *Plur.* ὄφεων, *Accentu semper in antepenultima.*

TERTIA CONTRACTORVM.

TERTIA est masculinorum in εὺς. Genitiuus communis in έος: vnde in quibusdam casibus fit crasis more primæ Declinationis. Ionicus autem in ῆος, ex quo non fit contractio.

εῖ, ῆ, εῖς, εῖς, εῖς.
Sing. εὺς, έος, έϊ, έα, εῦ. Dual. έε, έοιν. Plur. έες, έων, εῦσι, έας, έες.
ῆος, ῆϊ, ῆα, ῆε, ήοιν. ῆες, ήων, ῆας, ῆες.

Sing. ὁ βασιλεὺς, rex: τοῦ βασιλέος, τῷ βασιλέϊ λεῖ. Dual. τὼ βασιλέε λῆ. Plur. οἱ βασιλέες λεῖς. τοὺς βασιλέας λεῖς.

Vocatiuus in εῦ, ὦ βασιλεῦ. Datiuus Pluralis in εῦσι, τοῖς βασιλεῦσι.

Ionicè τοῦ βασιλῆος, τῷ βασιλῆϊ, τὸν βασιλῆα, &c.

Atticus Genitiuus singularis in έως, τοῦ βασιλέως.

QVARTA CONTRACTORVM.

QVARTA est Femininorum in ω & ως, ἡ Λητὼ Latona, ἡ αἰδὼς, pudor: quorum Genitiuus in όος, contrahitur in οῦς: Λητόος τοῦς. Dat όϊ, οῖ, Λητόϊ τοῖ. Accus. όα, ώ, Λητόα, Λητώ. Vocat. οῖ, ὦ Λητοῖ. Dualis & Pluralis vt in tertia simplici Declinatione, τὼ Λητὼ, αἱ Λητοί.

QVINTA CONTRACTORVM.

ας purum & ρας.

QVINTA Declinatio continet Neutra in ας purum, & in ρας. Genitiuus communis ατος, Ionicus αος, ex quo fit crasis Attica.

ως, ᾳ, α, ᾶν.
αος, αϊ, αε, αοιν.
Singul. ας, ατος, ατι, ας, ας. Dual. ατε, ατοιν.
α, ῶν, α, α.
αα, άων, αα, αα.
Plural. ατα, άτων, ασι, ατα, ατα.

τὸ κρέας, caro: τοῦ κρέατος, κρέαος, κρέως: τῷ κρέατι, κρέαϊ, κρέᾳ. sic κέρας, cornu: κέρατος, κέραος, κέρως: semperque cõtractio est ex α.

Et Declinationes quidem sic habent: quæ autem præterea de nominibus dicenda, pòst trademus, vbi singulas Orationis partes absoluerimus. Nunc pergamus ad Coniugationes Verborum.

CONIVGATIONES VERBORVM.

IN Verborum coniugationibus Græci præcipuè habent rationem futuri & præteriti perfecti, quando hinc cætera pendent tempora. Perfectum præteritum vocatur παρακείμενος, futurum μέλλων: quæ Grammatici notant literis π, & μ.

PRIMA Coniugatio est verborũ in βω, πω, φω, πτω, quorum futurum in ψω, præteritum in φα.

β	λείβω	ψω	λείψω	φα	λέλειφα sacrifico.
π	τέρπω		τέρψω		τέτερφα delecto.
φ	γράφω		γράψω		γέγραφα scribo.
πτ	τύπτω		τύψω		τέτυφα verbero.

SECVNDA in γω, κω, χω, κτω, μ in ξω, π in χα.

γ	λέγω	ξω	λέξω	χα	λέλεχα dico.
κ	πλέκω		πλέξω		πέπλεχα plico.
χ	τρέχω		τρέξω		τέτρεχα curro.
κτ	τίκτω		τέξω		τέτεχα pario.

TERTIA in δω, τω, θω, μ in σω, π in κα.

δ	ᾄδω	σω	ᾄσω	κα	ᾖκα cano.
τ	ἀνύτω		ἀνύσω		ἤνυκα perficio.
θ	πλήθω		πλήσω		πέπληκα impleo.

QVARTA in ζω, σσω: futurum ξω, & præteritum χα vt in secunda Coniugatione: aut σω & κα, vt in tertia.

ζ	παίζω	ξω	παίξω	χα	πέπαιχα ludo.
σσ	ὀρύσσω		ὀρύξω		ὤρυχα fodio.
ζ	φράζω	σω	φράσω	κα	πέφρακα loquor.
σσ	πλάσσω		πλάσω		πέπλακα formo.

Attici pro gemino σσ vsurpant geminum ττ: ὀρύσσω, ὀρύττω, fodio: πλάσσω, πλάττω, fingo: vt γλῶσσα, γλῶττα, lingua. Atticismus ττ pro σσ.

QVINTA in λω, μω, νω, ρω: futurum λῶ, μῶ, νῶ, ρῶ: præteritum in κα.

λ	ψάλλω	ῶ,	ψαλῶ	κα	ἔψαλκα cano.
μ	νέμω		νεμῶ		νενέμηκα distribuo.
ν	φαίνω		φανῶ		πέφαγκα appareo.
ρ	σπείρω		σπερῶ		ἔσπαρκα semino.
μν	τέμνω		τεμῶ		τετέμηκα scindo.

Cur liquidæ λ, μ, ν, ρ, dicantur immutabiles.

Liquidæ λ, μ, ν, ρ, dicuntur immutabiles, quòd in futuro non mutentur, sed permaneant vt in præsenti.

Annotatio in futurũ quintæ.

In hac Coniugatione, vltima futuri circumflectitur, penultima verò corripitur, abiiciendo alteram immutabilem: ψάλλω, ψαλῶ: aut vocalem subiunctiuam, σπείρω, σπερῶ: φαίνω, φανῶ: aut breuiando ancipitem, κρίνω, κρινῶ, iudico.

λλ, λ.
μν, ν.
ει, ε.
αι, α.

SEXTA in ω purum, hoc est, præcedente vocali, aut diphthongo: μ in σω, π in κα.

α	γελάω	σω	γελάσω	κα	γεγέλακα rideo.
ε	τελέω		τελέσω		τετέλεκα finio.
ι	τίω		τίσω		τέτικα honoro.
ο	ὀμόω		ὀμόσω		ὤμοκα iuro.
υ	δύω		δύσω		δέδυκα ingredior.
ω	ῥώω		ῥώσω		ἔῤῥωκα firmo.
αι	παίω		παίσω		πέπαικα ferio.
αυ	ψαύω		ψαύσω		ἔψαυκα tango.
ει	σείω		σείσω		σέσεικα quatio.
ευ	ἱππεύω		ἱππεύσω		ἵππευκα equito.
οι	οἴω		οἴσω		ᾦκα fero, puto.
ου	κρούω		κρούσω		κέκρουκα pulso.
υι	ὀπυίω		ὀπυίσω		ὤπυικα cieo.

Literæ figuratiuæ coniugationum.

Literam verò per quam Coniugationem formamus aut tempora nominant χαρακτηριστικὸν, hoc est, figuratiuam literam, vt characteristicon primæ Coniugationis est vna ex mutis β, π, φ: secundæ γ, κ, χ: tertiæ δ, τ, θ: quartæ ζ, σσ, aut ττ: quintæ λ, μ, ν, ρ: sextæ omnes vocales præter η, omnes diphthongi propriæ, & vna

impropria

impropria ψ. Sic figuratiuæ literæ futuri sunt ψ, ξ, σ, λ, μ, ν, ρ: præteriti autem φ, χ, κ: & ita de reliquis quoque temporibus dicendum.

In terminationibus πτω, κτω, μνω, prior consonans figuratiua censetur litera, nempe π, κ, μ.

Atque hæ coniugationes dicuntur Barytona, quòd Verba sint βαρύτονα, hoc est, graui tono pronuntietur vltima syllaba, λείβω, λέγω, &c. sacrifico, dico. Siquidem in omni syllaba quæ non signatur accentu, intelligitur grauis, qui ob id vocatur accentus syllabicus. Syllabicus accentus.

VERBI ACTIVI MODI

INDICATIVI

Præsens. { S. τύπτω, τύπτεις, τύπτει, verbero, as, at. D. τύπτετον, τύπτετον, verberatis, ant, duo. P. τύπτομεν, τύπτετε, τύπτουσι, mus, is, ant. } Paradigma Actiui Barytoni Præsens.

NVMERI tres vt in nominibus. Personæ totidem, τύπτω, verbero: τύπτεις, verberas: τύπτει, verberat. Prima pluralis in μεν, excludit primam Dualem. Secunda & tertia Dualis pares, quando tertia Pluralis exit in ι, aut αι, alioqui impares. Annotatio

Imperfectum. { ἔτυπτον, ἔτυπτες, ἔτυπτε, rabam, bas, bat. ἐτύπτετον, ἐτυπτέτην, abatis, abant, duo. ἐτύπτομεν, ἐτύπτετε, ἔτυπτον, mus, is, ant. }

Datiuis Pluralibus, aut personis in ι desinentibus additur ν, sequente vocali: τοῖς λέουσιν ἐκείνοις, leonibus illis: τύπτουσιν αὐτὸν, verberant ipsum. sic personis in ε, ἔτυπτεν ἐκεῖνος, verberabat ille. Annotatio

DE AVGMENTO.

VERBVM à consonante inceptum assumit ε in principio imperfecti, quod est augmentum siue incrementum syllabicum. crescente videlicet numero syllabarum, τύπτω, ἔτυπτον. Augmentũ syllabicum

Temporale augmentum est eorum quæ incipiuntur à vocali aut diphthongo mutabili, quoties vocalis anceps aut breuis, quæ vnum habet tempus, mutatur in longam, quæ duo continet tempora. Vocalium aut Diphthongorum quædam mutabiles, quòd mutentur in præteritis: quædam immutabiles. Augmentũ temporale. Annotatio de diphthõgis & vocalibus.

 Vocales

Vocales

Mutabiles { α, ε, ο, } in { η, ἀνύω, ἤνυον, perficio, bam. η, ἐλεύθω, ἤλευθον, venio, bam. ω, ὀπάζω, ὤπαζον, præbeo, bam.

Immutabiles { η, ἠχέω, ἤχεον, resono, resonabam. ι, ἰξεύω, ἴξευον, aucupor, aucupabar. υ, ὑβρίζω, ὕβριζον, contumelia afficio, ebam. ω, ὤθω, ὦθον, impello, impellebam.

Diphthongi

Mutabiles { αι, αυ, οι, } in { η, αἴρω, ἧρον, tollo, tollebam. ηυ, αὐλίζω, ηὔλιζον, in aula versor, bar. ω, οἰκίζω, ᾤκιζον, habito, abam.

Immutabiles { ει, εἰκάζω, εἴκαζον, assimilo, milabam. ευ, εὐθύνω, εὔθυνον, dirigo, dirigebam. ου, οὐτάζω, οὔταζον, cominus vulnero, abam.

Augmenta verborum compositorum. Præpositiones in compositis præfixæ vocalibus, propriam vocalem vltimam abijciunt, tam in præsenti quàm in præterito: παρακούω, obaudio: ex παρὰ & ἀκούω, audio: παρέμενον, permanebam: à παρὰ & imperfecto ἔμενον, manebam: à μένω, maneo.

Exceptio. περί, πρὸ. Excipe περὶ & πρὸ. περιέχω, amplector, contineo. προάγω, præcedo, procedo, progredior: ab ἔχω, habeo, teneo: & ἄγω, ago, gradior, duco, proficiscor.

Quòd si verbum incipiatur ab aspirata vocali, præpositio mutabit suam tenuem in aspiratam: καθάπτομαι, attingo: ἀφαιροῦμαι, auferor, priuo aut priuor: ex ἅπτομαι, tango: αἱροῦμαι, eligo, volo: & κατὰ, ἀπὸ.

Perfectum { τέτυφα τέτυφας, τέτυφε, verberaui, sti, uit. τετύφατον, τετύφατον, istis, erunt, duo. τετύφαμεν, τετύφατε, τετύφασι, us, is, runt.

Primæ syllabæ perfectorũ variatio. Vltima syllaba præteriti quæ sit in singulis Coniugationibus, antè dictum est pag. 19 & 20.

Quod ad primam attinet, si Verbum incipitur à vocali aut diphthongo, idem initium perfecti & imperfecti.

ἀνύω, ἤνυον, ἤνυκα, perficio, perficiebam, perfeci.

ὑβρίζω, ὕβριζον, ὕβρικα, vitupero, abam, aui.

αἴρω, ἦρον, ἦρκα, tollo, tollebam, sustuli.

εἰκάζω, εἴκαζον, εἴκακα, fingo, fingebam, finxi.

Idipsum

Idipsum fit in verbis inchoatis à cõsonante, si modò ε augmentum syllabicum fuerit positione longum, nempe ante duas consonantes, aut duplicem ζ, ξ, ψ.

σπείρω, ἔσπειρον, ἔσπαρκα, *semino, seminabam, aui.*

ζέω, ἔζεον, ἔζεκα, *ferueo, feruebam, ferbui.*

ξέω, ἔξεον, ἔξεκα, *polio, poliebam, poliui.*

ψάλλω, ἔψαλλον, ἔψαλκα, *cano, canebam, cecini.*

Nam si ε sit breue aut anceps, iam in præterito perfecto repetitur prima consonans præsentis, hoc modò: Annotatio

τύπτω, ἔτυπτον, τέτυφα, *verbero, verberabam, aui.*

γράφω, ἔγραφον, γέγραφα, *scribo, scribebam, scripsi.*

Ancipitem hic dico siue communem vocalem, quam sequitur muta cum liquida, ἔγραφον, ἔκλινον, ἔκρινον, *scribebam, inclinabam, iudicabam.* Anceps vocalis.

Quæ ab aspiratis incipiuntur, pro repetendis aspiratis substituunt tenues. Annotatiunculæ.

θείνω, ἔθεινον, τέθεγκα, *stimulo, stimulabam, laui.*

φαίνω, ἔφαινον, πέφαγκα, *luceo, lucebam, luxi.*

χαίρω, ἔχαιρον, κέχαρκα, *gaudeo, bam, isus sum.*

Penultima perfecti & futuri eadem, τύψω, *verberabo,* τέτυφα, *verberaui. At dissyllaba quintæ Coniugationis* ε *penultimam futuri mutant in* α. Penultimæ perfectoru variatio.

στέλλω	μ	στελῶ	π	ἔσταλκα, *mitto, tam, misi.*
σπείρω		σπερῶ		ἔσπαρκα, *semino, abo, aui.*

Immutabiles λ & ρ *manent in præterito vt futuro,* ψάλλω ψαλῶ, ἔψαλκα, *cano, canam, cecini.*

σπείρω, σπερῶ, ἔσπαρκα *semino, seminabo, seminaui.*

My μ *seruatur quidẽ, sed additur* η: νέμω, νεμῶ, νενέμηκα, *pro* νένεμκα, *pasco, pascã, paui: sic* δέμω βρέμω, *ædifico, sono: & alia.*

Ny ν *vertitur in* γ, φαίνω, *luceo:* φανῶ, πέφαγκα, *semper enim* ν *ante* γ, κ, ξ, χ, *migrat in* γ.

Dissyllaba in είνω, ίνω, ύνω *abijciunt* ν:

κτείνω, κτενῶ, ἔκτακα, *interimo, interimam, emi.*

κρίνω, κρινῶ, κέκρικα, *accuso, accusabo, accusaui.*

θύνω, θυνῶ, τέθυκα, *propero, properabo, properaui.*

Plus quàm perfect. { ἐτετύφειν, τύφεις, τύφει, verberaueram, as, at, ἐτετύφειτον, ἐτετυφείτην. ratis, ant. duo. ἐτετύφειμεν, τύφειτε, τύφεισαν. mus, tis, tant.

Plus quàm perfecti formatio. *A perfecto deducitur, conuerso α in ειν. In fronte sumitur ε, si perfectum incipitur à consonante, τέτυφα, ἐτετύφειν, verberaui, verberaueram: alioqui idem principium, ἤνυκα, ἠνύκειν, perfeci, perfeceram.*

Ἀόριστος χρόνος. Indefinitũ tempus. *Est Græcis tempus quoddam præteritum, quod appellatur ἀόριστος, hoc est indefinitum: incerta est enim significatio, paulóne antè res præterierit, an multo: suntq́; aoristi duo.*

Indefinitũ primum. *Aoristus prim.* { ἔτυψα, ἔτυψας, ἔτυψε, verberaui, sti, auit. ἐτύψατον, ἐτυψάτην, vistis, irunt, duo. ἐτύψαμεν, ἐτύψατε, ἔτυψαν, mus, stis, runt.

Formatio aoristi primi. *Vltimam primi aoristi metimur è futuro, cuius seruatur characteristicon, sed ω migrat in α, τύψω, ἔτυψα, verberabo, verberaui.*

Augmentum vtriusque aoristi idem cum imperfecto.
ἀνύω, ἤνυον, ἤνυσα, *perficio, perficiebam, perfeci.*
τύπτω, ἔτυπτον, ἔτυψα, *verbero, abam, aui.*

Penultima eadem quæ in futuro, ac semper natura, aut positione longa:

παίω, παίσω, ἔπαισα, *ferio, feriam, percussi.*
λέγω, λέξω, ἔλεξα, *dico, dicam, dixi.*

Penultimę mutatio in quinta cõiugatione. *Quòd si futuri penultima corripitur, vt in quinta Coniugatione, producendæ erunt vocales hoc pacto: Si α penultima futuri, extra diphthongum sit in præsenti, migrabit in η; veniens autem ex αι, Atticè quidem vertetur in η, Communiter verò manebit, sed longum in aoristo, cùm breue sit in futuro:*

α α η ψάλλω, ψαλῶ, ἔψηλα, *canto, abo, aui.*
αι α η μιαίνω, μιανῶ, ἐμίηνα, *Atticè: fœdo, bo, ui.*
αι α α μιαίνω, μιανῶ, ἐμίανα, *Communiter, fœdo, &c.*

Si penultima ε, aduocatur ι, vt fiat diphthongus ει.
ει ε ει σπείρω, σπερῶ, ἔσπειρα, *semino, abo, aui.*
ε ε ει στέλλω, στελῶ, ἔστειλα, *mitto, mittam, misi.*

Ali

At ι & υ breues in futuro, producuntur in aoristo.

κρίνω, κρινῶ, ἔκρινα, iudico, abo, aui.

ὀτρύνω, ὀτρυνῶ, ὤτρυνα, hortor, tabor, atus sum.

Aoristus secund. { ἔτυπον, ἔτυπες, ἔτυπε. ἐτύπετον, ἐτυπέτην. ἐτύπομεν, ἐτύπετε, ἔτυπον. } Indefinitū secundum.

Augmentum vt in aoristo primo ἔτυψα, ἔτυπον. Augmentum.

Penultima breuis, ac fermè vna ex ancipitibus, α, ι, υ: proinde vocales præsentis ita mutantur:

η, ω, αι, αυ, ε } in α { λήβω, ἔλαβον accipio, accepi. τρώγω, ἔτραγον, comedo, comedi. καίω, ἔκαον, aduro, adussi. παύω, ἔπαον, sedo, sedaui. δέρω, ἔδαρον, excorio, excoriaui.

ου, ευ, ει } in { ο, ἀκούω, ἤκοον, audio, audiui. υ, φεύγω, ἔφυγον, fugio, fugi. ι, λείπω, ἔλιπον, linquo, liqui.

Disyllaba quintæ coniugationis pro ει capiunt α: σπείρω, ἔσπαρον, semino, aui: trisyllaba perdunt ι, ὀφείλω, ὤφελον, debeo, debui.

Figuratiua eadem quæ præsentis: λήβω, ἔλαβον: τύπτω, ἔτυπον. nam in πτω, κτω, μνω, prior littera est figuratiua.

In quarta verò Coniugatione futurum ξω formatiuam habet γ: ὀρύσσω, ὀρύξω, ὤρυγον, fodio, fodiam, fodi. Vbi autem futurum in σω, erit figuratiua δ: φράζω, φράσω, ἔφραδον, considero, abo, aui.

Græci duplex habent Futurum.

Futurum prim. { τύψω, τύψεις, τύψει, verberabo, abis, abit. τύψετον, τύψετον, rabitis, abunt, duo. τύψομεν, τύψετε, τύψουσι, bimus, tis, bunt. }

De hoc in singulis Coniugationibus dictum est priùs, pag. 19. & 20.

Futurum secund. { τυπῶ, τυπεῖς, τυπεῖ. τυπεῖτον, τυπεῖτον. τυποῦμεν, τυπεῖτε, τυποῦσι. }

Formatio futuri secundi.

Fit à secundo Aoristo, ablato incremento, & ον vertendo in ῶ circumflexum, ἔτυπον, τυπῶ.

IMPERATIVI

à τύπτω. *Præsens & imperf.* { τύπτε, τυπτέτω, verbera, verberet. / τύπτετον, τυπτέτων, verberate, berent, duo. / τύπτετε, τυπτέτωσαν, verberate, erent.

à τέτυφα. *Perfectum & plus quàm perfect.* { τέτυφε, τετυφέτω, verberaueris, uerit. / τετύφετον, τετυφέτων, eritis, erint, duo. / τετύφετε, τετυφέτωσαν, raueritis, erint.

ab ἔτυψα. *Aoristus primus.* { τύψον, τυψάτω, verberato tu, berato ille. / τύψατον, τυψάτων, verberatote, anto, duo. / τύψατε, τυψάτωσαν, verberatote, anto.

ab ἔτυπον. *Aoristus secundus.* { τύπε, τυπέτω. / τύπετον, τυπέτων. / τύπετε, τυπέτωσαν.

Modi reliqui ab indicatiuo formati.

Ab Indicatiuo cæteri omnes pendent Modi & Participia, in quibus vox semper est eadem præsentis & imperfecti: sic & perfecti & plus quàm perfecti.

Annotatiunculæ.

Præteritum perfectum vbique seruat augmentum: Aoristi verò extra Indicatiuum minimè.

Primam personam Imperatiuus non agnoscit.

Futurum quoque nec hîc reperitur, nec in Subiunctiuo, sed in illius vicem subeunt Aoristi.

OPTATIVI

à τύπτω. *Præsens & imperf.* { τύπτοιμι, τύπτοις, τύπτοι, berarem, es, et. / τύπτοιτον, τυπτοίτην, raretis, rent, duo. / τύπτοιμεν, τύπτοιτε, τύπτοιεν, mus, tis, ent.

à τέτυφα. *Perfectum & plus quàm perfect.* { τετύφοιμι, τετύφοις, τετύφοι, ssem, ses, set. / τετύφοιτον, τετυφοίτην, ssetis, sent, duo. / τετύφοιμεν, τετύφοιτε, τετύφοιεν, us, &c.

ab ἔτυψα. *Aoristus primus.* { τύψαιμι, τύψαις, τύψαι, berauerim, ris, rit. / τύψαιτον, τυψαίτην, raueritis, rint, duo. / τύψαιμεν, τύψαιτε, τύψαιεν, mus, tis, rint.

Aoristus

Aoristus secundus. τύποιμι, τύποις, τύποι. / τύποιτον, τυποίτην. / τύποιμεν, τύποιτε, τύποιεν. — ab ἔτυπον.

Futurum primum. τύψοιμι, τύψοις, τύψοι, *verberem, res, ret.* / τύψοιτον, τυψοίτην, *beretis, rent, duo.* / τύψοιμεν, τύψοιτε, τύψοιεν, *emus, etis, ent.* — à τύψω.

Futurum secund. τυποῖμι, τυποῖς, τυποῖ. / τυποῖτον, τυποίτην. / τυποῖμεν, τυποῖτε, τυποῖεν. — à τυπῶ.

Annotatiunculæ.

Omnium Optatiuorum penultima est diphthongus: in actiuis primi aoristi αι, *in cæteris* οι.

Secundum futurum circumflectitur: alioqui vox eadem cum secundo aoristo.

Aoristus primus Atticus & Æolicus.

Vsitatissimus est & apud Atticos Optatiui primus aoristus Aeolicus.

Sing. τύψεια, τύψειας, τύψειε. *Dual.* τυψείατον, τυψειάτην.

Plur. τυψείαμεν, τυψείατε, τύψειαν, *verberauerim, &c.*

SVBIVNCTIVI

Præsens & imperfect. ἐὰν: τύπτω, τύπτῃς, τύπτῃ, *si verberem vel berarem, res, &c.* / τύπτητον, τύπτητον. / τύπτωμεν, τύπτητε, τύπτωσι. — à τύπτω.

Perfectum & plusquam perf. ἐὰν: τετύφω, τετύφῃς, τετύφῃ, *si verberauerim, vel ssem.* / τετύφητον, τετύφητον. / τετύφωμεν, τετύφητε, τετύφωσι. — à τέτυφα.

Aoristus prim. ἐὰν: τύψω, τύψῃς, τύψῃ, *si berauero, ris, rit, &c.* / τύψητον, τύψητον. / τύψωμεν, τύψητε, τύψωσι. — ab ἔτυψα.

Aoristus secun. ἐὰν: τύπω, τύπῃς, τύπῃ. / τύπητον, τύπητον. / τύπωμεν, τύπητε, τύπωσι. — ab ἔτυπον.

Annotatiunculæ.

Inflexioni Subiunctiuorum adhibent Coniunctionem ἐὰν, *vt* ἐὰν τύπτω, *si verberem.*

In secunda & tertia singulari est ῃ *diphthongus impropria: in Duali & Plurali vocalis tantum* η.

INFI-

INFINITIVI.

à τύπτω.	*Præsens & imperfectum:* τύπτειν, *verberare.*	
à τέτυφα.	*Perfectum & plus quàm perfectum:* τετυφέναι, *verberauisse.*	
ab ἔτυψα.	*Aoristus primus*	τύψαι, *verberauisse.*
ab ἔτυπον.	*Aoristus secundus*	τυπεῖν.
à τύψω.	*Futurum primum*	τύψειν, *verberaturum esse.*
à τυπῶ.	*Futurum secundum*	τυπεῖν.

Secundum Futurum idem cum secundo Aoristo.

PARTICIPII.

Participia actiua. à τύπτω.	*Præsens & imperfectum.*	ὁ τύπτων, τοῦ τύπτοντος. ἡ τύπτουσα, τῆς τυπτούσης. τὸ τύπτον, τοῦ τύπτοντος.
à τέτυφα.	*Perfectum & plus quàm perfectum.*	ὁ τετυφὼς, τοῦ τετυφότος. ἡ τετυφυῖα, τῆς τετυφυίας. τὸ τετυφὸς, τοῦ τετυφότος.
ab ἔτυψα.	*Aoristus primus*	ὁ τύψας, τοῦ τύψαντος. ἡ τύψασα, τῆς τυψάσης. τὸ τύψαν, τοῦ τύψαντος.
ab ἔτυπον.	*Aoristus secundus.*	ὁ τυπὼν, τοῦ τυπόντος. ἡ τυποῦσα, τῆς τυπούσης. τὸ τυπὸν, τοῦ τυπόντος.
à τύψω.	*Futurum primum.*	ὁ τύψων, τοῦ τύψοντος. ἡ τύψουσα, τῆς τυψούσης. τὸ τύψον, τοῦ τύψοντος.
à τυπῶ.	*Futurum secund.*	ὁ τυπῶν, τοῦ τυποῦντος. ἡ τυποῦσα, τῆς τυπούσης. τὸ τυποῦν, τοῦ τυποῦντος.

Annotatiunculæ.

Omne tempus habet suum Participium, τύπτων, *verberans, qui verberat aut verberabat:* τετυφὼς, *qui verberauit, aut verberauerat. sic aoristi* τύψας *ac* τυπὼν, *qui verberauit: & futura* τύψων *ac* τυπῶν, *verberaturus.*

Aoristus secundus acuitur: τυπὼν, τυπόντος.

Secundum futurum circumflectitur: τυπῶν, τυποῦντος.

Participia Masculina & Neutra pertinent ad quintam Nominum declinationem: Feminina verò ad secundam.

VERBI

VERBI PASSIVI.

INDICATIVI

Paradigma Passiui Barytoni.

Præsens. τύπτομαι, τύπτῃ, τύπτεται, verberor.
τυπτόμεθον, τύπτεσθον, τύπτεσθον,
τυπτόμεθα, τύπτεσθε, τύπτονται.

Prima pluralis non desinit in μεν, *& ideo integer habetur Dualis: in quo secunda & tertia similes, quòd tertia Pluralis exeat in* αι.

Imperfect. ἐτυπτόμην, ἐτύπτου, ἐτύπτετο, abar.
ἐτυπτόμεθον, ἐτύπτεσθον, ἐτυπτέσθην.
ἐτυπτόμεθα, ἐτύπτεσθε, ἐτύπτοντο.

Cuiuscunque generis sint Verba, tamen idem habent augmentum.

Perfectum. τέτυμμαι, τέτυψαι, τέτυπται, ratus sum,
τετύμμεθον, τέτυφθον, τέτυφθον.
τετύμμεθα, τέτυφθε, τετυμμένοι εἰσί.

Fit ab actiuo, extrema litera aut syllaba conuersa in μαι.

Secunda persona in σαι, *actu aut potestate, nempe* ψαι *aut* ξαι: *tertia in* ται.

In prima Coniugatione mutatur α *Actiui in* μαι, *&* φ *aspirata in* β *mediam,* τέτυφα, τέτυβμαι: *sed ob euphoniam dicitur* τέτυμμαι, μ *pro* β.

In secunda ac tertia persona est π *tenuis,* τέτυψαι, τέτυπται: *nam* ψ *valet* πσ.

Secunda & tertia Dualis, & secunda Pluralis fiunt à tertia Singulari, mutatis tenuibus ante αι *in proprias aspiratas, idq; in omni Coniugatione,* τέτυπται, τέτυφθον, τέτυφθε. *Tertiam Pluralem circumloquimur per Participium Præteriti temporis, & Verbum Substantiuum, quoties tertia Singularis non desinit in* ται *purum:* τέτυπται, τετυμμένοι εἰσί.

Secunda coniugatio: λέλεγμαι, λέλεξαι, λέλεκται, dictus sum.
λελέγμεθον, λέλεχθον, λέλεχθον.
λελέγμεθα, λέλεχθε, λελεγμένοι εἰσί.

Eadem hic ratio literarum γ, κ, χ, *& duplicis* ξ, *quæ in pri-*

ma Coniugatione mutarum. β, π, φ, & duplicis ψ: vt à λέγω, dico: præteritum Actiuum λέλεχα, dixi: Paßiuum λέλεγμαι, dictus sum: mutando α in μαι, aspiratam χ, in mediam γ. In secunda & tertia persona est tenuis κ, λέλεξαι, λέλεκται: nam ξ, est κσ. Reliquarum Coniugationum κα, migrat in μαι.

Tertia coniug. { πέπεισμαι, πέπεισαι, πέπεισται, *persuasus sum,* / πεπείσμεθον, πέπεισθον, πέπεισθον. / πεπείσμεθα, πέπεισθε, πεπεισμένοι εἰσί.

Ante μαι collocandum σ: πείθω, πέπεικα, πέπεισμαι, persuadeo, persuasi, persuasus sum. Secunda persona, πέπεισαι, per vnum σ tantùm, etiamsi in prima fuerit σ, πέπεισμαι.

Quarta coniug. { ὤρυγμαι, ὤρυξαι, ὤρυκται, *fossus sum.* / ὠρύγμεθον, ὤρυχθον, ὤρυχθον. / ὠρύγμεθα, ὤρυχθε, ὠρυγμένοι εἰσί. / πέφρασμαι, πέφρασαι, πέφρασται. / πεφράσμεθον, πέφρασθον, πέφρασθον. / πεφράσμεθα, πέφρασθε, πεφρασμένοι εἰσί.

Quorum Actiuum præteritum in χα, ea sequuntur Coniugationem secundam, χ in γ, α in μαι, ὤρυχα, ὤρυγμαι, fodi, fossus sum. Si autem Actiuum in κα, formatio est vt in tertia, assumpto σ, φράζω, πέφρακα, πέφρασμαι, considero, consideraui.

Quinta Coniugatio etiam in Paßiuo præterito seruat immutabiles λ & ρ, vt in Actiuo: ψάλλω, ἔψαλκα, ἔψαλμαι: canto, cantaui, cantatus sum, vel canterem auscultaui: σπείρω, ἔσπαρκα, ἔσπαρμαι, semino, seminaui, seminatus sum.

ψάλλω, *canto.* { ἔψαλμαι, ἔψαλσαι, ἔψαλται. / ἐψάλμεθον, ἔψαλθον, ἔψαλθον. / ἐψάλμεθα, ἔψαλθε, ἐψαλμένοι εἰσί.

σπείρω, *semino.* { ἔσπαρμαι, ἔσπαρσαι, ἔσπαρται. / ἐσπάρμεθον, ἔσπαρθον, ἔσπαρθον. / ἐσπάρμεθα, ἔσπαρθε, ἐσπαρμένοι εἰσί.

Finita in μω aut μνω, actiuum præteritum habent in ηκα, pasſiuum in ημαι: νέμω, νενέμηκα, νενέμημαι, pasco, paui, pastus sum: τέμνω, τετέμηκα, τετέμημαι, incido, incidi, incisus sum. nam interponitur η.

νέμω,

νέμω, pasco. { νενέμημαι, νενέμησαι, νενέμηται.
νενεμήμεθον, νενέμησθον, νενέμησθον.
νενεμήμεθα, νενέμησθε, νενέμηνται.

Sic τετέμημαι, τετέμησαι, τετέμηται, &c.

Secunda & tertia Dualis, ac secunda Pluralis interserunt σ, quoties tertia Singularis exit in ται purum, νενέμηται, νενέμησθον, νενέμησθε.

Tertia singularis finita in ται purum, citra circumlocutionem fit tertia Pluralis, interponendo ν ante ται, νενέμηται, νενέμηνται.

Verba in νω, Actiuum præteritum faciunt in γκα: Passiuum autem primæ personæ in μμαι, φαίνω, πέφαγκα, πέφαμμαι, ostendo, ostendi, ostensus sum, vel manifestatus sum. nam in cæteris manet ν.

φαίνω, ostendo. { πέφαμμαι, πέφανσαι, πέφανται.
πεφάμμεθον, πέφανθον, πέφανθον.
πεφάμμεθα, πέφανθε, πεφαμμένοι εἰσί.

Dissyllaba in ινω, εινω, & υνω, abiiciunt ν, vt in actiuo: nec tamen assumunt σ ante μαι.

κρίνω, accuso. { κέκριμαι, κέκρισαι, κέκριται.
κεκρίμεθον, κέκρισθον, κέκρισθον.
κεκρίμεθα, κέκρισθε, κέκρινται.

κτείνω, interficio. { ἔκταμαι, ἔκτασαι, ἔκταται.
ἐκτάμεθον, ἔκτασθον, ἔκτασθον.
ἐκτάμεθα, ἔκτασθε, ἔκτανται.

θύνω, propello. { τέθυμαι, τέθυσαι, τέθυται.
τεθύμεθον, τέθυσθον, τέθυσθον.
τεθύμεθα, τέθυσθε, τέθυνται.

Sexta Coniugatio nunc accipit σ, ἀκούω, ἤκουκα, ἤκουσμαι, audio, audiui, auditus sum: nunc non accipit, τοξάω, τετόξακα, τετόξαμαι, iaculis peto, iaculis petiј, iaculis petitus sum.

ἀκούω, audio. { ἤκουσμαι, ἤκουσαι, ἤκουσται.
ἠκούσμεθον, ἤκουσθον, ἤκουσθον.
ἠκούσμεθα, ἤκουσθε, ἠκουσμένοι εἰσί.

τοξεύω, *sagitto*. τετόξευμαι, τετόξευσαι, τετόξευται.
τετοξεύμεθον, τετόξευσθον, τετόξευσθον.
τετοξεύμεθα, τετόξευσθε, τετόξευνται.

Plus quàm perfect. ἐτετύμμην, ἐτέτυψο, ἐτέτυπτο, *verberatus eram.*
ἐτετύμμεθον, ἐτέτυφθον, ἐτετύφθην.
ἐτετύμμεθα, ἐτέτυφθε, τετυμμένοι ἦσαν.

Perfecti prima persona vertit μαι *in* μην: τέτυμμαι, ἐτετύμμην *secunda & tertia* αι *in* ο: τέτυψαι, ἐτέτυψο: τέτυπται, ἐτέτυπτο. *Tertia Pluralis exit in* ντο, *si Singularis desinat in* το *purum*: ἐκέκειτο, *accusatus erat*: ἐκέκειντο, *accusati erant: alioqui circumloquimur per Verbum Substantiuum*: ἐτέτυπτο, τετυμμένοι ἦσαν.

Aoristus prim. ἐτύφθην, ἐτύφθης, ἐτύφθη, *verberatus fui.*
ἐτύφθητον, ἐτυφθήτην.
ἐτύφθημεν, ἐτύφθητε, ἐτύφθησαν.

Formatur à tertia perfecti, mutatis tenuibus ante αι, *in proprias aspiratas*: τέτυπται, *verberatus est*: ἐτύφθην, *verberatus fui*: λέλεκται, *dictus est*: ἐλέχθην, *dictus fui*: πέπεισται, *persuasus est*: ἐπείσθην, *persuasus fui.*

Aoristus secund. ἐτύπην, ἐτύπης, ἐτύπη.
ἐτύπητον, ἐτυπήτην.
ἐτύπημεν, ἐτύπητε, ἐτύπησαν.

Mutat ον *Actiui in* ην: ἔτυπον, *verberaui*: ἐτύπην, *verberatus fui, vel vapulaui, Caret vterque aoristus prima Duali: nam inflexionem habet Actiuorum: siquidem Plurale in* μεν.

Futurum prim. τυφθήσομαι, τυφθήσῃ, τυφθήσεται.
τυφθησόμεθον, τυφθήσεσθον, σεσθον.
τυφθησόμεθα, τυφθήσεσθε, σονται.

A primo aoristo, ἐτύφθην, *verberatus fui*: τυφθήσομαι, *verberabor.*

Futurum secund. τυπήσομαι, τυπήσῃ, τυπήσεται.
τυπησόμεθον, τυπήσεσθον, σεσθον.
τυπησόμεθα, τυπήσεσθε, τυπήσονται.

A secundo aoristo, ἐτύπην, *verberatus fui*: τυπήσομαι, *verberabor.*

Est Græcis tempus in verbis Passiuis, quod vocatur μετ' ὀλίγον μέλλων, *hoc est; Paulo pòst futurum, quoties actio iam mox adfutura signatur.* Paulo pòst futurum.

Paulo pòst futurum.	τετύψομαι, τετύψῃ, τετύψεται. τετυψόμεθον, τετύψεσθον, τετύψεσθον. τετυψόμεθα, τετύψεσθε, τετύψονται.

Fit à secunda perfecti, interposito ομ, τέτυψαι, *verberatus es:* τετύψομαι, *mox verberabor, vel iam verberatus sum: seruatq́ augmentum in omni modo.*

IMPERATIVI

Præsens & imperfectum.	τύπτου, τυπτέσθω. τύπτεσθον, τυπτέσθων. τύπτεσθε, τυπτέσθωσαν.
Perfectum & plus quàm perfectum.	τέτυψο, τετύφθω. τέτυφθον, τετύφθων. τέτυφθε, τετύφθωσαν.

Secunda persona fit à secunda plus quàm perfecti ἐτέτυψο, τέτυψο: ἐλέλεξο, λέλεξο: ἐπέπλεξο, πέπλεξο: ὤρυξο, ὄρυξο, *&c.*

Tertia verò à tertia eiusdem temporis, migrante το *in* σθω, *& reliquis item tenuibus in aspiratas:* ἐτέτυπτο, τετύφθω, ἐλέλεκτο, λελέχθω: ἐπέπειστο, πεπείσθω: *quòd si* π *sit purum, assumitur* σ: ἐκέκειτο, κεκείσθω.

Aoristus primus	τύφθητι, τυφθήτω. τύφθητον, τυφθήτων. τύφθητε, τυφθήτωσαν.
Aoristus secundus.	τύπηθι, τυπήτω. τύπητον, τυπήτων. τύπητε, τυπήτωσαν.

Aoristi desinunt in θι: *sed prior hic in* τι, *propter alterum* θ *præcedens,* τύφθητι, *non* τύφθηθι: *sic tertia Singularis vtriusque, & reliqui numeri per* τ *non* θ, τυπήτω, τύπητον, *&c.*

OPTATIVI.

Præsens & imperfect.	τυπτοίμην, τύπτοιο, τύπτοιτο. τυπτοίμεθον, τύπτοισθον, τυπτοίσθην. τυπτοίμεθα, τύπτοισθε, τύπτοιντο,

Omnium Optatiuorum penultima est diphthongus.

Perfectum & plus quàm perfect.
τετυμμένος, εἴην, εἴης, εἴη, *ratus.*
τετυμμένω, εἴητον, εἰήτην.
τετυμμένοι, εἴημεν, εἴητε, εἴησαν.

In verbis Barytonis semper opus est Periphrasi per Participium & Verbum Substantiuum.

Aoristus primus
τυφθείην, τυφθείης, τυφθείη.
τυφθείητον, τυφθειήτην.
τυφθείημεν, τυφθείητε, τυφθείησαν.

Aoristus secundus.
τυπείην, τυπείης, τυπείη.
τυπείητον, τυπειήτην.
τυπείημεν, τυπείητε, τυπείησαν.

Futurum primum.
τυφθησοίμην, τυφθήσοιο, τυφθήσοιτο.
τυφθησοίμεθον, τυφθήσοισθον, σοίσθην.
τυφθησοίμεθα, τυφθήσοισθε, σοιντο.

Futurum secund.
τυπησοίμην, τυπήσοιο, τυπήσοιτο.
τυπησοίμεθον, τυπήσοισθον, σοίσθην.
τυπησοίμεθα, τυπήσοισθε, τυπήσοιντο.

Paulo pòst futurum.
τετυψοίμην, τετύψοιο, τετύψοιτο.
τετυψοίμεθον, τετύψοισθον, ψοίσθην.
τετυψοίμεθα, τετύψοισθε, τετύψοιντο.

SVBIVNCTIVI

Præsens & imperfect. ἐὰν
τύπτωμαι, τύπτῃ, τύπτηται.
τυπτώμεθον, τύπτησθον, τύπτησθον.
τυπτώμεθα, τύπτησθε, τύπτωνται.

Perfectum & plus quàm perfect. ἐὰν
τετυμμένος, ὦ, ᾖς, ᾖ, *atus sum vel essem.*
τετυμμένω, ἦτον, ἦτον.
τετυμμένοι, ὦμεν, ἦτε, ὦσι.

Et hic & in Optatiuo circumloquimur hoc perfectum, vt tertiam Pluralem Indicatiui.

Aoristus prim. ἐὰν
τυφθῶ, τυφθῇς, τυφθῇ.
τυφθῆτον, τυφθῆτον.
τυφθῶμεν, τυφθῆτε, τυφθῶσι.

Aoristus secun. ἐὰν
τυπῶ, τυπῇς, τυπῇ.
τυπῆτον, τυπῆτον.
τυπῶμεν, τυπῆτε, τυπῶσι.

INFINITIVI.

Præsens. τύπτεσθαι, *verberari.*

Perfectum & plus quàm perfectum, τετύφθαι, *verberatum esse vel fuisse: accentu in penultima.*

Aoristus primus, τυφθῆναι, *verberandum esse.*

Aoristus secundus, τυπῆναι.

Futurum primum, τυφθήσεσθαι.

Futurum secundum, τυπήσεσθαι.

Paulo pòst futurum, τετύψεσθαι.

Infinitiui in σθαι *fiunt a secunda Plurali Indicatiui, verso* ε *in* αι, τύπτεσθε, τύπτεσθαι, *&c.*

PARTICIPII.

Præsens.
ὁ τυπτόμενος, τοῦ τυπτομένου.
ἡ τυπτομένη, τῆς τυπτομένης.
τὸ τυπτόμενον, τοῦ τυπτομένου.

Perfectum & plus quàm perfect.
ὁ τετυμμένος, τοῦ τετυμμένου.
ἡ τετυμμένη, τῆς τετυμμένης.
τὸ τετυμμένον, τοῦ τετυμμένου.

Aoristus primus.
ὁ τυφθεὶς, τοῦ τυφθέντος.
ἡ τυφθεῖσα, τῆς τυφθείσης.
τὸ τυφθὲν, τοῦ τυφθέντος.

Aoristus secund.
ὁ τυπεὶς, τοῦ τυπέντος.
ἡ τυπεῖσα, τῆς τυπείσης.
τὸ τυπὲν, τοῦ τυπέντος.

Futurum prim.
ὁ τυφθησόμενος, τοῦ τυφθησομένου.
ἡ τυφθησομένη, τῆς τυφθησομένης.
τὸ τυφθησόμενον, τοῦ τυφθησομένου.

Futurum secund.
ὁ τυπησόμενος, τοῦ τυπησομένου.
ἡ τυπησομένη, τῆς τυπησομένης.
τὸ τυπησόμενον, τοῦ τυπησομένου.

Paulo pòst futur.
ὁ τετυψόμενος, τοῦ τετυψομένου.
ἡ τετυψομένη, τῆς τετυψομένης.
τὸ τετυψόμενον, τοῦ τετυψομένου.

Accentus perfecti in penultima, reliquorum in μενος, *in antepenultima: at Aoristi acuuntur: Cæterùm* μενος *&* μενον *ad*

tertiam pertinent Declinationem: εις & ων ad quintam: omnia autem Feminina ad secundam.

VERBVM MEDIVM.

MEDIVM *Verbum siue Commune, quod nunc Actiuè capitur, nunc Passiuè, βιάζομαι τὸν φίλον, violo amicum: βιάζομαι ὑπὸ τοῦ φίλου, violor ab amico. sic ἄγομαι, duco, ducor; κομίζομαι, porto, portor.*

Ab Actiuis autem non tantùm Passiua deducuntur, sed etiam Media, quorum & inflexio & significatio partim Actiua, partim Passiua.

Præsens & Præteritum imperfectum non tantùm inflectendi ratione, verùm & voce penitus eadem sunt cum Verbo Passiuo. Perfectum & plus quàm perfectum sortita sunt terminationem Actiuam: aoristi ac futura Passiuam.

INDICATIVI

Perfectum Medium.

Perfectum.	τέτυπα, τέτυπας, τέτυπε.
	τετύπατον, τετύπατον.
	τετύπαμεν, τετύπατε, τετύπασι.

Medium præteritum perfectum formatur ab Actiuo, collocata figuratiua litera præsentis, pro figuratiua præteriti Actiui, τέτυφα, τέτυπα, à τύπτω.

Nam desinentium in πτω, κτω, μνω, formatiua litera est prior consonans: τίκτω, τέτεχα, τέτοκα, pario. peperi, peperi, τέμνω, τέτμηκα, τέτομα, incido. incidi, incidi: vt dictum est suprà.

Præterea quartæ Coniugationis futurum ξω, characteristicon facit γ, πλήσσω, πλήξω, πέπληχα, πέπληγα, percutio, percutiam, percussi vel percussus sum: σω autem δ, φράζω. φράσω, πέφρακα, πέφραδα, considero, abaui, vel atus sum, vt etiam notatum est in secundo aoristo Verbi Actiui.

Trium verò temporum eadem est figuratiua, secundi aoristi, secundi futuri, & præteriti Medij.

In Sexta Coniugatione characteristicon est vocalis aut diphthongus. λύω, λέλυκα, λέλυα, soluo, solui, solui vel solutus sum: ἀκούω ἤκουκα, ἤκουα, audio, audiui, audiui vel auditus sum. Quamquam hoc tempus hic rarum.

Penul-

Penultima eadem quæ in Actiuo, τέτυφα, τέτυπα.

Disyllabi futuri penultima ε *migrabit in* ο, λέγω, λέξω, λέλεχα λέλογα, *dico, &c. at diphthongus* ει *in* οι: πείθω, πείσω, πέπεικα, πέποιθα, *persuadeo, &c.*

Vocalis α *Præsentis interdum seruatur*, ψάλλω, ἔψαλκα, ἔψαλα, *cano, &c. interdum vertitur in* η: θάλλω, τέθαλκα, τέθηλα, *germino, &c. diphthongus autem* αι *in* ῃ *diphthongum impropriam*, φαίνω, πέφηνα, *ostendo, &c.*

Plus quàm perfect.
- ἐτετύφειν, ἐτετύφεις, ἐτετύφει.
- ἐτετύφειτον, ἐτετυφείτην.
- ἐτετύφειμεν, ἐτετύφειτε, ἐτετύφεισαν.

Aoristus primus.
- ἐτυψάμην, ἐτύψω, ἐτύψατο.
- ἐτυψάμεθον, ἐτύψασθον, ἐτυψάσθην.
- ἐτυψάμεθα, ἐτύψασθε, ἐτύψαντο.

Additur μην *ad Actiuum*, ἔτυψα, ἐτυψάμην.

Aoristus secundus.
- ἐτυπόμην, ἐτύπου, ἐτύπετο.
- ἐτυπόμεθον, ἐτύπεσθον, ἐτυπέσθην.
- ἐτυπόμεθα, ἐτύπεσθε, ἐτύποντο.

Mutatur ον *Actiui in* όμην, ἔτυπον, ἐτυπόμην.

Futurum prim.
- τύψομαι, τύψῃ, τύψεται.
- τυψόμεθον, τύψεσθον, τύψεσθον.
- τυψόμεθα, τύψεσθε, τύψονται.

Actiuum ω *Barytonum in* ομαι, τύψω, τύψομαι.

Futurum secund.
- τυποῦμαι, τυπῇ, τυπεῖται.
- τυπούμεθον, τυπεῖσθον, τυπεῖσθον.
- τυπούμεθα, τυπεῖσθε, τυποῦνται.

Etiam hoc fit ab Actiuo, vertendo ῶ *circumflexum in* οῦμαι: τυπῶ, τυποῦμαι. *Ideoq; in quinta Coniugatione primum quoque futurum desinit in* οῦμαι. *nam Actiuum in* ῶ *circumflectitur: vt, à* σπείρω, *semino, primum futurum Actiuum* σπερῶ: *Medium autem* σπεροῦμαι. *secundum verò Actiuum* σπαρῶ: *Medium* σπαροῦμαι.

Accidit igitur hic idem esse vtrumque futurum, tam Actiuum quàm Medium, ψάλλω, ψαλῶ, ψαλοῦμαι.

IMPERATIVI

Perfectum & plus quàm perfect.
τέτυπε, τετυπέτω.
τετύπετον, τετυπέτων.
τετύπετε, τετυπέτωσαν.

Aoristus primus.
τύψαι, τυψάσθω.
τύψασθον, τυψάσθων.
τύψασθε, τυψάσθωσαν.

Aoristus secundus.
τυποῦ, τυπέσθω.
τύπεσθον, τυπέσθων.
τύπεσθε, τυπέσθωσαν.

OPTATIVI

Perfectum.
τετύποιμι, τετύποις, τετύποι.
τετύποιτον, τετυποίτην.
τετύποιμεν, τετύποιτε, τετύποιεν.

Aoristus primus.
τυψαίμην, τύψαιο, τύψαιτο.
τυψαίμεθον, τύψαισθον, τυψαίσθην.
τυψαίμεθα, τύψαισθε, τύψαιντο.

Aoristus secundus.
τυποίμην, τύποιο, τύποιτο.
τυποίμεθον, τύποισθον, τυποίσθην.
τυποίμεθα, τύποισθε, τύποιντο.

Futurum primum.
τυψοίμην, τύψοιο, τύψοιτο.
τυψοίμεθον, τύψοισθον, τυψοίσθην.
τυψοίμεθα, τύψοισθε, τύψοιντο.

Futurum secund.
τυποίμην, τυποῖο, τυποῖτο.
τυποίμεθον, τυποῖσθον, τυποίσθην.
τυποίμεθα, τυποῖσθε, τυποῖντο.

Cum Aoristo secundo consentit voce, sed pugnat accentu.

SVBIVNCTIVI

Perfectum & plus quàm perf. ἐὰν
τετύπω, τετύπῃς, τετύπῃ.
τετύπητον, τετύπητον.
τετύπωμεν, τετύπητε, τετύπωσι.

Aoristus prim. ἐὰν
τύψωμαι, τύψῃ, τύψηται.
τυψώμεθον, τύψησθον, τύψησθον.
τυψώμεθα, τύψησθε, τύψωνται.

Aoristus secun. ἐὰν { τύπωμαι, τύπῃ, τύπηται. τυπώμεθον, τύπησθον, τύπησθον. τυπώμεθα, τύπησθε, τύπωνται.

INFINITIVI

Perfectum,	τετυπέναι.
Aoristus primus,	τύψασθαι.
Aoristus secundus,	τυπέσθαι.
Futurum primum,	τύψεσθαι.
Futurum secundum,	τυπεῖσθαι, *per* εῖ *circumflexum:*

at secundus Aoristus per ἐ *acutum,* τυπέσθαι.

PARTICIPII

Perfectum. { τετυπώς, τετυπότος. τετυπυῖα, τετυπυίας. τετυπός, τετυπότος.

Aoristus primus. { τυψάμενος, τυψαμένου. τυψαμένη, τυψαμένης. τυψάμενον, τυψαμένου.

Aoristus secund. { τυπόμενος, τυπομένου. τυπομένη, τυπομένης. τυπόμενον, τυπομένου.

Futurum prim. { τυψόμενος, τυψομένου. τυψομένη, τυψομένης. τυψόμενον, τυψομένου.

Futurum secund. { τυπούμενος, τυπουμένου. τυπουμένη, τυπουμένης. τυπούμενον, τυπουμένου.

Atque hactenus de Verbis Barytonis.

CONTRACTIONES VERBORVM.

A BARYTONIS *Sextæ Cõiugationis in* εω, αω, οω, *fiunt per contractionem Verba quæ vocantur Circumflexa, ob id quod duabus syllabis in vnam contractis, Accentum possideant circumflexũ,* ποιέω, ποιῶ, *facio:* βοάω, βοῶ, *clamo:* χρυσόω, χρυσῶ, *inauro:* εω, αω, *&* οω, *coalescẽtibus in* ῶ: *Siquidẽ ex Accẽtu acuto & gra-*

Verborum cõtractiones atq. eorum formationes.

& graui profluit circumflexus. Itidem in reliquis personis, ποιέεις, ποιεῖς: βοάεις, βοᾷς: χρυσόεις, χρυσοῖς: de quibus postea. Neque hîc est quicquam peculiare, nisi quod ex tribus illis characteristicis α, ε, ο, & vocali aut diphthongo sequente, certo quodam modo fiat Synæresis, haud aliter atque in contractis Nominibus, quæ exceptis contractionibus planè quintæ sunt Declinationis. Et quemadmodum illic non in omnibus casibus semper fit contractio, licet Genitiuus desinat in ος purum, ita hîc non omne tempus est capax contractionis, sed tantùm præsens ac imperfectum, idq; in omnibus modis ac Participijs: siquidem illæ terminationes, quæ sequuntur π, in τύπτω, τύπτεις, τύπτει, quum in sexta Coniugatione his locis reperiantur puræ, ποιέω, ποιέεις, ποιέει: recepta est in quibusdam contractio: nempe in ijs quæ ante ω habent vnam è figuratiuis α, ε, ο, pro quarum numero redduntur Coniugationes circumflexorum, vbi Crases ex istis vocalibus ad hunc fiunt modum:

	Prima.			Secunda.			Tertia.	
Figuratiua ε	ε	ει	Fig. α	ε	α	Fig. ο	ε	ου
	ο	ου		ο	ω		ο	ου
	η	η		η	α		η	ω
	ω	ω		ω	ω		ω	ω
	ει	ει		ει	ᾳ		ει	οι
	οι	οι		οι	ῳ		οι	οι
	ου	ου		ου	ω		ου	ου
	ῃ	ῃ		ῃ	ᾳ		ῃ	οι

Inflexio verò & formatio istiusmodi Verborum per omnia Genera, Modos, & Participia se habet, vt præscriptum est in Barytonis. Futurum enim omnium circumflexorum desinit in σω, præteritum in κα, à quibus reliqua deriuantur tempora, iuxta canones Barytonorum.

PRIMA *Coniugatio circumflexorum fit à Verbis sextæ Coniugationis Barytonorum in εω: ποιέω, ποιῶ, Futurum in ήσω, vertendo ε in η longum, ποιήσω: vnde Præteritum in ηκα, πεποίηκα.*

VERBI ACTIVI INDICATIVI

Præsens.
- ποιέω ῶ, ποιέεις εῖς, ποιέει εῖ.
- ποιέετον εῖτον, ποιέετον εῖτον.
- ποιέομεν οῦμεν, ποιέετε εῖτε, ποιέουσι οῦσι.

Imperfect.
- ἐποίεον ουν, ἐποίεες εις, ἐποίεε ει.
- ἐποιέετον εῖτον, ἐποιεέτην είτην.
- ἐποιέομεν οῦμεν, ἐποιέετε εῖτε, ἐποίεον ουν.

Perfectum πεποίηκα, πεποίηκας, &c. vt τέτυφα, τέτυφας.

Plus quam perfectum. ἐπεποιήκειν.

Aoristus primus, ἐποίησα. *Futurum primum,* ποιήσω.

IMPERATIVI

Præsens & imperf.
- ποίεε ει, ποιεέτω είτω.
- ποιέετον εῖτον, ποιεέτων είτων.
- ποιέετε εῖτε, ποιεέτωσαν είτωσαν.

Perfectum, πεποίηκε. *Aoristus primus,* ποίησον. *Secundus Aoristus, secundum futurum, & Præteritum Medium quando reperiantur, dicetur postea.*

OPTATIVI

Præsens & imperf.
- ποιέοιμι οῖμι, ποιέοις οῖς, ποιέοι οῖ.
- ποιέοιτον οῖτον, ποιεοίτην οίτην.
- ποιέοιμεν οῖμεν, ποιέοιτε οῖτε, ποιέοιεν οῖεν.

Perfectum, πεποιήκοιμι, *Aoristus primus,* ποιήσαιμι. *Futurum primum,* ποιήσοιμι.

SVBIVNCTIVI

Præsens & imperfectum ἐὰν
- ποιέω ῶ, ποιέῃς ῇς, ποιέῃ ῇ.
- ποιέητον ῆτον, ποιέητον ῆτον.
- ποιέωμεν ῶμεν, ποιέητε ῆτε, ποιέωσι ῶσι.

Perfectum, πεποιήκω. *Aoristus primus,* ποιήσω.

INFINITIVI

Præsens, ποιέειν εῖν. *Perfectum,* πεποιηκέναι. *Aoristus primus,* ποιῆσαι. *Futurum primum,* ποιήσειν.

PARTICIPII

Præsens.
- ποιέων ῶν, ποιέοντος οῦντος.
- ποιέουσα οῦσα, ποιεούσης ούσης.
- ποιέον οῦν, ποιέοντος οῦντος.

Perfectum & plus quàm perfectum πεποιηκώς. *Aoristus primus*, ποιήσας. *Futurum primum*, ποιήσων.

VERBI PASSIVI INDICATIVI PRÆSENS.

Passiuum primæ circumflexorum.

Ποιέομαι οῦμαι, ποιέῃ ῇ, ποιέεται εῖται.
ποιεόμεθον ούμεθον, ποιέεσθον εῖσθον, ποιέεσθον εῖσθον.
ποιεόμεθα ούμεθα, ποιέεσθε εῖσθε, ποιέονται οῦνται.

Imperfectum.

ἐποιεόμην ούμην, ἐποιέου οῦ, ἐποιέετο εῖτο.
ἐποιεόμεθον ούμεθον, ἐποιέεσθον εῖσθον, ἐποιεέσθην είσθην.
ἐποιεόμεθα ούμεθα, ἐποιέεσθε εῖσθε, ἐποιέοντο οῦντο.

Perfectum.
πεποίημαι, πεποίησαι, πεποίηται.
πεποιήμεθον, πεποίησθον, πεποίησθον.
πεποιήμεθα, πεποίησθε, πεποίηνται.

Plus quàm perfectum.
ἐπεποιήμην, ἐπεποίησο, ἐπεποίητο.
ἐπεποιήμεθον, ἐπεποίησθον, ἐπεποιήσθην.
ἐπεποιήμεθα, ἐπεποίησθε, ἐπεποίηντο.

Aoristus primus, ἐποιήθην. *Futurum primum*, ποιηθήσομαι.
Paulo pòst futurum, πεποιήσομαι.

IMPERATIVI

Præsens & imperf.
ποιέου οῦ, ποιεέσθω είσθω.
ποιέεσθον εῖσθον, ποιεέσθων είσθων.
ποιέεσθε εῖσθε, ποιεέσθωσαν είσθωσαν.

Perfectum & plus quàm perfect.
πεποίησο, πεποιήσθω.
πεποίησθον, πεποιήσθων.
πεποίησθε, πεποιήσθωσαν.

Aoristus primus, ποιήθητι.

OPTATIVI *Præsens & Imperfectum.*

ποιεοίμην οίμην, ποιέοιο οῖο, ποιέοιτο οῖτο.
ποιεοίμεθον οίμεθον, ποιέοισθον οῖσθον, ποιεοίσθην οίσθην.
ποιεοίμεθα οίμεθα, ποιέοισθε οῖσθε, ποιέοιντο οῖντο.

Perfectum & plus quàm perfect.
πεποιῄμην, πεποιῇο, πεποιῇτο.
πεποιῄμεθον, πεποιῇσθον, πεποιῄσθην.
πεποιῄμεθα, πεποιῇσθε, πεποιῇντο.

Aoristus

Aoristus primus, ποιηθείην. *Futurum primum*, ποιηθησοίμην. *Paulo pòst futurum*, πεποιησοίμην.

SVBIVNCTIVI *Præsens & Imperfectum.*

ἐὰν { ποιέωμαι ῶμαι, ποιέῃ ῇ, ποιέηται ῆται.
ποιεώμεθον ώμεθον, ποιέησθον ῆσθον, ποιέησθον ῆσθον.
ποιεώμεθα ώμεθα, ποιέησθε ῆσθε, ποιέωνται ῶνται.

Perfectum & plus quàm perfect. ἐὰν { πεποιῶμαι, πεποιῇ, πεποιῆται.
πεποιώμεθον, πεποιῆσθον, πεποιῆσθον.
πεποιώμεθα, πεποιῆσθε, πεποιῶνται.

Aoristus primus, ἐὰν ποιηθῶ.

INFINITIVI

Præsens & imperfectum, ποιέεσθαι, ποιεῖσθαι.
Perfectum, πεποιῆσθαι, *per* ῆ *circumflexum.*
Aoristus primus, ποιηθῆναι.
Futurum primum, ποιηθήσεσθαι.
Paulo pòst futurum, πεποιήσεσθαι.

PARTICIPII

Præsens & imperf. { ποιεόμενος ούμενος, ποιεομένου ουμένου.
ποιεομένη ουμένη, ποιεομένης ουμένης.
ποιεόμενον ούμενον, ποιεομένου ουμένου.

Perfectum & plus quàm perfectum, πεποιημένος.
Aoristus primus, ποιηθείς.
Futurum primum, ποιηθησόμενος.
Paulo pòst futurum, πεποιησόμενος.

Verbi Medij.

Præsens & Imperfectum eadem cum Passiuis. Perfectum, Plus quàm perfectum, Aoristus secundus, & Futurum secundum quando reperiantur, postea dicemus.

Restant igitur in Verbis Circumflexis duo tantùm tempora, primus aoristus, & primum futurum, quæ legem sequuntur Barytonorum, hoc pacto.

Primus Aoristus Indicatiui, ἐποιησάμην. *Imperatiui*, ποίησαι. *Optatiui*, ποιησαίμην. *Subiunctiui*, ποιήσωμαι. *Infinitiui* ποιήσασθαι. *Participij*, ποιησάμενος.

Primum

Primum futurum Indicatiui, ποιήσομαι. *Optatiui*, ποιησοίμην. *Infinitiui*, ποιήσεσθαι. *Participij*, ποιησόμενος.

Eadem ratio in cæteris Coniugationibus.

SECVNDA CONIVGATIO CIRCVMFLEXORVM.

FIT à Verbis in άω: βοάω βοῶ, futurum in ήσω: βοήσω, præteritum in ηκα: βεβόηκα, migrante α in η.

Verbi Actiui Indicatiui

Præsens.
- βοάω ῶ, βοάεις ᾷς, βοάει ᾷ.
- βοάετον ᾶτον, βοάετον ᾶτον.
- βοάομεν ῶμεν, βοάετε ᾶτε, βοάουσι ῶσι.

Imperfect.
- ἐβόαον ων, ἐβόαες ας, ἐβόαε α,
- ἐβοάετον ᾶτον, ἐβοαέτην άτην.
- ἐβοάομεν ῶμεν, ἐβοάετε ᾶτε, ἐβόαον ων.

Perfectum, βεβόηκα, ηκας, ηκε, vt τέτυφα.

Plus quàm perfectum, ἐβεβοήκειν, ήκεις, &c.

Aoristus primus, ἐβόησα. *Futurum primum*, βοήσω.

IMPERATIVI

Præsens & Imperf.
- βόαε α, βοαέτω άτω.
- βοάετον ᾶτον, βοαέτων άτων.
- βοάετε ᾶτε, βοαέτωσαν άτωσαν.

Perfectum & plus quàm perfectum, βεβόηκε.

Aoristus primus, βόησον.

OPTATIVI

Præsens & Imperf.
- βοάοιμι ῷμι, βοάοις ῷς, βοάοι ῷ.
- βοάοιτον ῷτον. βοαοίτην ῴτην.
- βοάοιμεν ῷμεν, βοάοιτε ῷτε, βοάοιεν ῷεν.

Perfectum & plus quàm perfectum, βεβοήκοιμι.

Aoristus primus, βοήσαιμι.

Futurum primum, βοήσοιμι.

SVBIVNCTIVI

Præsens & Imperf. ἐὰν
- βοάω ῶ, βοάῃς ᾷς, βοάῃ ᾷ.
- βοάητον ᾶτον, βοάητον ᾶτον.
- βοάωμεν ῶμεν, βοάητε ᾶτε, βοάωσι ῶσι.

Perfe-

Perfectum & plus quàm perfectum, βεβοήκω.
Aoristus primus, βοήσω.

INFINITIVI.

Præsens & imperfectum, βοάειν βοᾶν.
Perfectum & plus quàm perfectum, βεβοηκέναι.
Aoristus primus, βοῆσαι. *Futurum primum*, βοήσειν.

PARTICIPII.

Præsens & imperf. { βοάων ῶν, βοάοντος ῶντος. / βοάουσα ῶσα. βοαούσης ώσης. / βοάον ῶν, βοάοντος ῶντος.
Perfectum & plus quàm perfectum, βεβοηκώς.
Aoristus primus, βοήσας. *Futurum primum*, βοήσων.

Verbi Passiui Indicatiui præsens.

Passiuum secundæ verborum circumflexorum.

βοάομαι ῶμαι. βοάῃ ᾷ, βοάεται ᾶται.
βοαόμεθον ώμεθον, βοάεσθον ᾶσθον, βοάεσθον ᾶσθον.
βοαόμεθα ώμεθα, βοάεσθε ᾶσθε, βοάονται ῶνται.

Imperfectum.

ἐβοαόμην ώμην, ἐβοάου ῶ, ἐβοάετο ᾶτο.
ἐβοαόμεθον ώμεθον, ἐβοάεσθον ᾶσθον, ἐβοαέσθην άσθην.
ἐβοαόμεθα ώμεθα, ἐβοάεσθε ᾶσθε. ἐβοάοντο ῶντο.

Perfectum. { βεβόημαι, βεβόησαι, βεβόηται. / βεβοήμεθον, βεβόησθον, βεβόησθον. / βεβοήμεθα. βεβόησθε βεβόηνται.

Plus quàm perfectum. { ἐβεβοήμην, ἐβεβόησο, ἐβεβόητο, / ἐβεβοήμεθον, ἐβεβόησθον. ἐβεβοήσθην. / ἐβεβοήμεθα, ἐβεβόησθε, ἐβεβόηντο.

Aoristus primus, ἐβοήθην. *Futurum primum*, βοηθήσομαι.
Paulo pòst Futurum, βεβοήσομαι.

IMPERATIVI

Præsens & imperf. { βοάου ῶ, βοαέσθω άσθω. / βοάεσθον ᾶσθον, βοαέσθων άσθων. / βοάεσθε ᾶσθε, βοαέσθωσαν άσθωσαν.

Perfectum & plus quàm perfectum. { βεβόησο, βεβοήσθω. / βεβόησθον, βεβοήσθων. / βεβόησθε, βεβοήσθωσαν.

Aoristus

Aoristus primus, βοήθητι.

OPTATIVI *Præsens & Imperfectum.*

βοαοίμην ῴμην. βοάοιο ῷο, βοάοιτο ῷτο.
βοαοίμεθον ῴμεθον, βοάοισθον ῷσθον, βοαοίσθην ῴσθην.
βοαοίμεθα ῴμεθα. βοάοισθε ῷσθε. βοάοιντο ῷντο.

Perfectum & plus quàm perfect.
{ βεβοήμην, βεβοῇο, βεβοῇτο.
βεβοήμεθον, βεβοῇσθον, βεβοήσθην,
βεβοήμεθα, βεβοῇσθε, βεβοῇντο.

Aoristus primus, βοηθείην. *Futurum primum*, βοηθησοίμην.
Paulo pòst futurum, βεβοησοίμην.

SVBIVNCTIVI *Præsens & Imperfectum.* ἐὰν
βοάωμαι ῶμαι. βοάῃ ᾷ, βοάηται ᾶται.
βοαώμεθον ώμεθον, βοάησθον ᾶσθον. βοάησθον ᾶσθον.
βοαώμεθα ώμεθα, βοάησθε ᾶσθε, βοάωνται ῶνται.

Perfectum & plus quàm perfect. ἐὰν
{ βεβοῶμαι, βεβοῇ, βεβοῆται.
βεβοώμεθον, βεβοῆσθον. βεβοῆσθον.
βεβοώμεθα, βεβοῆσθε, βεβοῶνται.

Aoristus primus, ἐὰν βοηθῶ.

INFINITIVI

Præsens & Imperfectum, βοάεσθαι, βοᾶσθαι.
Perfectum & plus quàm perfectum, βεβοῆσθαι.
Aoristus primus, βοηθῆναι. *Futurum primum*, βοηθήσεσθαι.
Paulo pòst futurum, βεβοήσεσθαι.

PARTICIPII

Præsens & imperf.
{ βοαόμενος ώμενος, βοαομένου ωμένου.
βοαομένη ωμένη βοαομένης ωμένης.
βοαόμενον ώμενον, βοαομένου ωμένου.

Perfectum & plus quàm perfectum, βεβοημένος.
Aoristus primus, βοηθείς. *Futurum primum*, βοηθησόμενος.
Paulo pòst futurum, βεβοησόμενος.

Verbi Medij.

Medium verborum circumflexorum secundæ.

Aoristus primus, ἐβοησάμην, βόησαι, βοησαίμην, βοήσωμαι, βοήσασθαι, βοησάμενος.
Futurum primum, βοήσομαι. βοησοίμην, βοήσεσθαι, βοησόμενος: *de quibus in prima Coniugatione.*

TERTIA

TERTIA CONIVGATIO CIRCVMFLEXORVM.

FORMATVR à Verbis in όω: χρυσόω, χρυσῶ. Futurum in ώσω, χρυσώσω. Præteritum in ωκα: κεχρύσωκα.

Tertia cōiugatio verborum circumflexorum.

Verbi Actiui Indicatiui.

Præsens.
χρυσόω ῶ, χρυσόεις οῖς, χρυσόει οῖ.
χρυσόετον οῦτον, χρυσόετον οῦτον.
χρυσόομεν οῦμεν, χρυσόετε οῦτε, χρυσόουσι οῦσι.

Imperfect.
ἐχρύσοον ουν, ἐχρύσοες ους, ἐχρύσοε ου.
ἐχρυσόετον οῦτον, ἐχρυσοέτην ούτην.
ἐχρυσόομεν οῦμεν, ἐχρυσόετε οῦτε, ἐχρύσοον ουν.

Perfectum, κεχρύσωκα. *Plus quam perfectum*, ἐκεχρυσώκειν.
Aoristus primus, ἐχρύσωσα, *Futurum primum*, χρυσώσω.

IMPERATIVI

Præsens & Imperfect.
χρύσοε ου, χρυσοέτω ούτω.
χρυσόετον οῦτον, χρυσοέτων ούτων.
χρυσόετε οῦτε, χρυσοέτωσαν ούτωσαν.

Perfectum & plus quàm perfectum, κεχρύσωκε.
Aoristus primus, χρύσωσον.

OPTATIVI

Præsens & Imperf.
χρυσόοιμι οῖμι, όοις οῖς, όοι οῖ.
χρυσόοιτον οῖτον, χρυσοοίτην οίτην.
χρυσόοιμεν οῖμεν, όοιτε οῖτε, όοιεν οῖεν.

Perfectum & plus quàm perfectum, κεχρυσώκοιμι.
Aoristus primus, χρυσώσαιμι. *Futurum primum*, χρυσώσοιμι.

SVBIVNCTIVI

Præsens & Imperf. ἐὰν
χρυσόω ῶ, χρυσόῃς οῖς, χρυσόῃ οῖ.
χρυσόητον ῶτον, χρυσόητον ῶτον.
χρυσόωμεν ῶμεν, σόητε ῶτε, σόωσι ῶσι.

Perfectum & plus quàm perfectum, κεχρυσώκω. *Aoristus primus*, χρυσώσω.

INFINITIVI.

Præsens, χρυσόειν οῦν. *Perfectum*, κεχρυσωκέναι.
Aoristus primus, χρυσῶσαι. *Futurum primum*, χρυσώσειν.

PARTI-

PARTICIPII

Præsens & imperfectum, χρυσόων ῶν, χρυσόοντες οῦντες.
Perfectum & plus quàm perfectum, κεχρυσωκώς.
Aoristus primus, χρυσώσας. *Futurum primum*, χρυσώσων.

Verbi Passiui Indicatiui præsens.

Passiuum verborum circumflexorum tertiæ.

χρυσόομαι οῦμαι, χρυσόῃ οῖ, χρυσόεται οῦται.
χρυσοόμεθον ούμεθον, σόεσθον σοῦσθον, σόεσθον σοῦσθον.
χρυσοόμεθα ούμεθα, χρυσόεσθε οῦσθε, σόονται οῦνται.

Imperfectum.

ἐχρυσοόμην ούμην, ἐχρυσόου οῦ, ἐχρυσόετο οῦτο.
ἐχρυσοόμεθον ούμεθον, σόεσθον σοῦσθον, σοέσθην ούσθην.
ἐχρυσοόμεθα ούμεθα, σόεσθε οῦσθε, σόοντο οῦντο.

Perfectum.
κεχρύσωμαι, κεχρύσωσαι, κεχρύσωται.
κεχρυσώμεθον, κεχρύσωσθον, ύσωσθον.
κεχρυσώμεθα, ύσωσθε, ύσωνται.

Plus quàm perfect.
ἐκεχρυσώμην, ύσωσο, ύσωτο.
ἐκεχρυσώμεθον, ύσωσθον, υσώσθην.
ἐκεχρυσώμεθα, ύσωσθε, ύσωντο.

Aoristus primus, ἐχρυσώθην, *Futurum primum*, χρυσωθήσομαι. *Paulo post futurum*, κεχρυσώσομαι.

IMPERATIVI

Præsens & imperf.
χρυσόου οῦ. χρυσοέσθω ούσθω.
χρυσόεσθον οῦσθον, χρυσοέσθων ούσθων.
χρυσόεσθε οῦσθε, χρυσοέσθωσαν ούσθωσαν.

Perfectum & plus quam perfectum.
κεχρύσωσο, κεχρυσώσθω.
κεχρύσωσθον, κεχρυσώσθων.
κεχρύσωσθε, κεχρυσώσθωσαν.

Aoristus primus, χρυσώθητι.

OPTATIVI *Præsens & Imperfectum.*

χρυσοοίμην οίμην, χρυσόοιο οῖο, χρυσόοιτο οῖτο.
χρυσοοίμεθον οίμεθον, σόοισθον οῖσθον. σοοίσθην οίσθην,
χρυσοοίμεθα οίμεθα, σόοισθε οῖσθε, σόοιντο οῖντο.

Perfectum & plus quàm perfectum.
κεχρυσῴμην, υσῷο, υσῷτο.
κεχρυσῴμεθον, υσῷσθον, υσῴσθην.
κεχρυσῴμεθα, υσῷσθε, υσῷντο.

Aoristus

Aoristus primus, χρυσωθείην.
Futurum primum, χρυσωθησοίμην.
Paulo pòst futurum, κεχρυσωσοίμην.

SVBIVNCTIVI *Præsens & Imperfectum,* ἐὰν
χρυσόωμαι ῶμαι, χρυσόῃ οῖ, χρυσόηται ῶται.
χρυσοώμεθον ώμεθον, χρυσόησθον ῶσθον, χρυσόησθον ῶσθον.
χρυσοώμεθα ώμεθα, χρυσόησθε ῶσθε, χρυσόωνται ῶνται.

Perfectum, & plus quam perfectum.

κεχρυσῶμαι, * κεχρυσῷ, κεχρυσῶται. — vel, vt quidam. κεχρυσῇ.
κεχρυσώμεθον, κεχρυσῶσθον, κεχρυσῶσθον.
κεχρυσώμεθα, κεχρυσῶσθε, κεχρυσῶνται.
Aoristus primus, ἐὰν χρυσωθῶ.

INFINITIVI

Præsens & imperfectum, χρυσόεσθαι, χρυσοῦσθαι.
Perfectum & plus quàm perfectum, κεχρυσῶσθαι.
Aoristus primus, χρυσωθῆναι.
Futurum primum, χρυσωθήσεσθαι.
Paulo pòst Futurum, κεχρυσώσεσθαι.

PARTICIPII

Præsens & imperf. { χρυσοόμενος ούμενος, χρυσοομένου ουμένου. χρυσοομένη ουμένη, χρυσοομένης ουμένης, χρυσοόμενον ούμενον, χρυσοομένου ουμένου. }
Perfectum & plus quam perfectum, κεχρυσωμένος.
Aoristus primus, χρυσωθείς. *Futurum primum,* χρυσωθησόμενος. *Paulo post futurum,* κεχρυσωσόμενος.

Verbi Medij.

Aoristus primus, ἐχρυσωσάμην, χρύσωσαι, χρυσωσαίμην. χρυσώσωμαι, χρυσώσασθαι, χρυσωσάμενος.
Futurum primum, χρυσώσομαι, χρυσωσοίμην, χρυσώσεσθαι. χρυσωσόμενος: *de quibus dictum est in* ποιέω.

ANNOTATIONES
in Circumflexa.

Monosyllaba circumflexa in secunda reperiuntur Coniugatione: δρῶ, θλῶ, κλῶ, *facio, contundo, frango. In prima verò primæ Coniugationis persona Singulari minimè, neo in prima Plurali*

D nec

nec tertia, πλέω, πλέομεν, πλέουσι, nauigo, &c. non autem πλῶ, πλοῦμεν, πλοῦσι.

Quædam ad duas pertinent Coniugationes, γηρέω, ἐλεέω, ξυρέω, vel γηράω, ἐλεάω, ξυράω, senesco, misereor, rado.

Crasis α & ε in α: βοάεις βοᾷς. Doricè autem in η, γελάεις, γελῆς, rides: διψάεις διψῆς, sitis, per η monophthongum, hoc est, nudam vocalem: quem morem in quibusdam Attici quoque seruarunt, dicentes, πεινῆς, διψῆς, ζῆς, esuris, sitis, viuis: vnde imperfectum ἔζη, & infinitiuus ζῆν, viuere.

Futurum circumfl.

Futurum in ήσω, vel ώσω. Quædam figuratiuam retinent: τελέω, τελέσω, τετέλεκα, perficio: γελάω, γελάσω, γεγέλακα, rideo: ὀμόω, ὀμόσω, ὤμοκα, iuro: & hæc penultimam aoristi primi corripiunt, ἐτέλεσα, ἐγέλασα, Poëticè autem ἐτέλεσσα, producta penultima per positionem gemini σσ.

In nonnullis duplex futurum: αἰνέω, αἰνέσω & αἰνήσω, laudo. sic καλέω, καλέσω & καλήσω, voco: κορέω, saturo: πονέω, laboro: φορέω, vestem fero: φρονέω, sapio: & in secunda ἀλοάω, ἀλοάσω & ἀλοήσω, verbero.

Secundum aoristum, secundum futurum, & præteritum Medium tertia Coniugatio non agnoscit. At in duabus prioribus ita demum reperiuntur, si thema iam affectum contractione, desinat in ω non purum, idq; ad hunc modum. Ex primo aoristo, primo futuro, & præterito Actiuo, eliditur penultima vocalis, cum consonante sequente, δουπέω δουπῶ, strepo. Futurum primum, δουπήσω: Secundum, δουπῶ: Aoristus primus, ἐδούπησα: Secundus, ἔδουπον: Præteritum Actiuum, δεδούπηκα: Medium, δέδουπα. Sic μυκάω, μυκῶ, μυκήσω, μυκῶ, ἐμύκησα, ἔμυκον, μεμύκηκα, μέμυκα, mugio. Monosyllaba verò circumflexa his temporibus carent, præter duo χέω, χῶ, habeo, teneo: σπάω, σπῶ, euello, traho, sorbeo: vnde formantur aoristi secundi, ἔσχον, ἔσχες, ἔσχε, à primo ἔσχηκα: & ἔσπον, ἔσπες, ἔσπε, ab ἔσπασα.

Atticism.

Optatiuum præsentis circumflexi solent Attici etiam per ην purum inflectere hoc pacto:

Atticus Optatiuus:
- ποιοίην, ποιοίης, ποιοίη.
- ποιοίητον, ποιοιήτην.
- ποιοίημεν, ποιοίητε, ποιοίησαν.

Infinitiui Barytoni, ποιέειν, βοάειν, χρυσόειν, primum abijciunt iota, ac deinde fit crasis ποιέεν ποιεῖν, βοάεν βοᾶν, χρυσόεν χρυσοῦν. Quanquam in secunda Coniugatione quidam subscribant iota, βοᾷν, πεινᾷν; quidam non subscribant, βοᾶν, πεινᾶν.

Præteritum perfectum Paßiuum fit ab Actiuo mutando κα in μαι, sed adsciscitur σ, si penultima sit breuis, τετέλεκα, τετέλεσμαι. In tertia quoque Plurali ac reliquis modis vtimur Periphrasi, vt in Barytonis. Perfecti Passiui formatio.

Si autem penultima sit longa η vel ω, nō assumitur σ, πεποίηκα, πεποίημαι: βεβόηκα, βεβόημαι. κεχρύσωκα, κεχρύσωμαι. Verùm quia του tertiæ personæ Singularis est purum, πεποίηται, βεβόηται, κεχρύσωται: ideo locis aliquot interponitur σ, quemadmodum scriptum est in quinta Coniugatione Barytonorum.

Optatiua præterea in huiusmodi præterito fiunt sine Periphrasi, per diphthongum impropriam ῃ & ῳ, πεποιῄμην, βεβοῄμην, κεχρυσῴμην. Optatiua.

Sic & Subiunctiua legitimè formantur per ῶ circumflexum, πεποιῶμαι, βεβοῶμαι, κεχρυσῶμαι. Subiūctiua

In vtroque autem modo circumflectitur secunda & tertia persona, πεποιῇο, πεποιῇτο, ἐὰν πεποιῶμαι, πεποιῇ, πεποιῆται: & ita in cæteris Coniugationibus.

DE VERBIS IN MI.

A Verbis sextæ Coniugationis in εω, αω, οω, υω, deducuntur quæ vocata sunt Verba in μι, quod in μι desinant, θέω, τίθημι, pono: σάω, ἵστημι sto, firmo: δόω, δίδωμι, do: ζευγνύω, ζεύγνυμι, iungo: ideoq́, desinentium in μι quatuor sunt Coniugationes pro numero vocalium, ε, α, ο, υ, quæ sunt indices ac figuratiuæ Coniugationum. Verborum in μι deductio.

Quod ad principalem attinet syllabam, tres primæ Coniugationes fiunt per ἀναδιπλασιασμὸν, hoc est, Reduplicationem: quarta non item.

Reduplicatio propria est, quando prima thematis repetitur consonans, & assumitur iota breue, δόω, δίδωμι: in vicem autem aspiratæ succedit illius tenuis, θέω, τίθημι, mutando θ in τ: non θίθημι, Reduplicatio propria.

Reduplicatio impropria.

Reduplicatio impropria, vbi tantùm præfigitur iota, vt si Verbum incipiatur à vocali, ἕω, ἵημι, muto: aut a literis στ, στάω, ἵστημι.

Vltimæ syllabæ & penultimæ formatio.

Ultima verò & penultima syllaba sic habent: Migrat ω purum in μι, vocales autē characteristicæ in proprias longas, ε, & α in η, θέω, τίθημι; στάω, ἵστημι: ο in ω, δόω, δίδωμι. cæterùm υ cùm sit anceps, hîc longum censebitur, ζευγνύω, ζεύγνυμι.

Quæcumq; igitur in his verbis sortita sunt reduplicationem, tribus opus habent syllabis, reduplicatione, penultima longa, & syllaba μι.

Reduplicatio in quibus tēporibus.

Nec est reduplicatio, nisi in præsenti, & præterito imperfecto, per omnes modos & participia.

Trium quoque temporum hîc solùm habenda est ratio, præsentis, imperfecti, & secundi aoristi. Præsens peculiarem sibi vendicat inflexionem. At imperfectum, & secundus aoristus reguntur legibus aoristi passiui Barytonorum, excepta penultima, de qua postea. Perfectum, plus quàm perfectum, aoristus primus, & futurum, consueto more formantur ab ijs Verbis siue Circumflexus, siue Barytonis, vnde manant ipsa verba in μι: vt τίθημι, futurum θήσω, à θέω vel θῶ. sic ἵστημι, aoristus primus ἔστησα, à στάω. item δίδωμι. Perfectum, δέδωκα. plus quàm perfectum, ἐδεδώκειν, à δόω.

Proinde hæc tempora, quòd sint ad Barytonorum canones exigenda, parum prosequemur in istis Coniugationibus, nisi quid interuenerit, quò deflectant à præscriptis legibus.

Medio præterito carent verba in μι, & item secundo futuro, perinde atque Circumflexa.

Secundum aoristum passiuum quidem ignorant, at Medium ritè formant, vt & Actiuum.

PRIMA CONIVGATIO.

IN MI

Prima Cōiugatio in μι.

F*It à Verbis in έω, per reduplicationem, θέω, τίθημι. futurum in ήσω, θήσω, vt in prima circumflexorum.*

Verbi

Verbi Actiui Indicatiui

Præsens.
τίθημι, τίθης, τίθησι.
τίθετον, τίθετον.
τίθεμεν, τίθετε, τιθεῖσι, & *Ionice* τιθέασι.

Imperfect.
ἐτίθην, ἐτίθης, ἐτίθη.
ἐτίθετον, ἐτιθέτην.
ἐτίθεμεν, ἐτίθετε, ἐτίθεσαν.

Perfectum, τέθεικα, κας, κε, *per diphthongum* ει.

Plus quàm perfectum, ἐτεθείκειν, κεις, κει.

Aoristus primus, ἔθηκα, κας, κε. *per* κ *scribitur.*

Aoristus secundus.
ἔθην, ἔθης, ἔθη.
ἔθετον, ἐθέτην.
ἔθεμεν, ἔθετε, ἔθεσαν.

Futurum primum, θήσω, σεις, σει, *à* θέω.

Imperat. præsens & imperf.
τίθετι, τιθέτω.
τίθετον, τιθέτων.
τίθετε, τιθέτωσαν.

Aoristus secund.
θὲς, θέτω.
θέτον, θέτων.
θέτε, θέτωσαν.

Optatiui præsens & imperfectum.
τιθείην, τιθείης, τιθείη.
τιθείητον, τιθειήτην.
τιθείημεν, τιθείητε, τιθείησαν.

Aoristus secund.
θείην, θείης, θείη.
θείητον, θειήτην.
θείημεν, θείητε, θείησαν.

Subiunctiui præsens & imperf. ἐὰν
τιθῶ, τιθῇς, τιθῇ.
τιθῆτον, τιθῆτον.
τιθῶμεν, τιθῆτε, τιθῶσι.

Aoristus secun. ἐὰν
θῶ, θῇς, θῇ.
θῆτον, θῆτον.
θῶμεν, θῆτε, θῶσι.

Infinitiui præsens, τιθέναι. *Aoristus secundus,* θεῖναι.

Partici-

PARTICIPII

Præsens & Imperf.
- ὁ τιθεὶς, τιθέντος.
- ἡ τιθεῖσα, τιθείσης.
- τὸ τιθὲν, τιθέντος.

Aoristus secundus.
- ὁ θεὶς, θέντος.
- ἡ θεῖσα, θείσης.
- τὸ θὲν, θέντος.

VERBVM PASSIVVM.

FIT *ab Actiuo corripiendo penultimam:* τίθημι, τίθεμαι.

INDICATIVI

Præsens.
- τίθεμαι, τίθεσαι, τίθεται.
- τιθέμεθον, τίθεσθον, τίθεσθον.
- τιθέμεθα, τίθεσθε, τίθενται.

Imperfect.
- ἐτιθέμην, ἐτίθεσο, ἐτίθετο.
- ἐτιθέμεθον, ἐτίθεσθον, ἐτιθέσθην.
- ἐτιθέμεθα, ἐτίθεσθε, ἐτίθεντο.

Perfectum.
- τέθειμαι, τέθεισαι, τέθειται.
- τεθείμεθον, τέθεισθον, τέθεισθον.
- τεθείμεθα, τέθεισθε, τέθεινται.

Per ει *penultima, perinde atque Actiuum*, τέθεικα.
Plus quàm perfectum, ἐτεθείμην, ἐτέθεισο, &c.
Aoristus primus, ἐτέθην, ἐτέθης, *vt in Barytonis.*
Futurum primum, τεθήσομαι.
Paulo pòst futurum, τεθείσομαι.

IMPERATIVI

Præsens & imperf.
- τίθεσο, τιθέσθω.
- τίθεσθον, τιθέσθων.
- τίθεσθε, τιθέσθωσαν.

OPTATIVI

Præsens & Imperf.
- τιθείμην, τιθεῖο, τιθεῖτο.
- τιθείμεθον, τιθεῖσθον, τιθείσθην.
- τιθείμεθα, τιθεῖσθε, τιθεῖντο.

Perfectum & plus quàm perfect.
- τεθείμην, τεθεῖο, τεθεῖτο.
- τεθείμεθον, τεθεῖσθον, τεθείσθην.
- τεθείμεθα, τεθεῖσθε, τεθεῖντο.

SVBIVN-

SVBIVNCTIVI

Præsens & imperf. ἐὰν { τιθῶμαι, τιθῇ, τιθῆται. τιθώμεθον, τιθῆσθον, τιθῆσθον. τιθώμεθα, τιθῆσθε, τιθῶνται.

Perfectum & plus quàm perfect. ἐὰν { τεθῶμαι, τεθῇ, τεθῆται. τεθώμεθον, τεθῆσθον, τεθῆσθον. τεθώμεθα, τεθῆσθε, τεθῶνται.

Infinitiui *præsens & imperfectum*, τίθεσθαι, *ab Indicatiuo* τίθεσθε.

Participij *præsens & imperfectum*, ὁ τιθέμενος, ἡ τιθεμένη, τὸ τιθέμενον.

Verbi Medij. Verbum Medium.

Præsens & imperfectum eadem sunt cum Paßiuis.

Perfectum & plus quàm perfectum & secundum futurum desiderantur. Reliqua sunt tria tempora: primus Aoristus, secundus Aoristus, & Futurum primum.

Aoristus primus, ἐθηκάμην, *sed parum vsitatus.*

Futurum primum per omnes Modos & Participia, θήσομαι, θησοίμην, θήσεσθαι, θησόμενος.

Secundus autem Aoristus inflectitur sic:

Indicatiuus. { ἐθέμην, ἔθεσο, ἔθετο. ἐθέμεθον, ἐθέσθον, ἐθέσθην. ἐθέμεθα, ἔθεσθε, ἔθεντο.

Imperatiuus. { θέσο, θέσθω. θέσθον, θέσθων. θέσθε, θέσθωσαν.

Optatiuus. { θείμην, θεῖο, θεῖτο. θείμεθον, θεῖσθον, θείσθην. θείμεθα, θεῖσθε, θεῖντο.

Subiunct. ἐὰν { θῶμαι, θῇ, θῆται. θώμεθον, θῆσθον, θῆσθον. θώμεθα, θῆσθε, θῶνται.

Infinitiuus, θέσθαι.

Participium { ὁ θέμενος. / ἡ θεμένη. / τὸ θέμενον.

Et in sequentibus quoque Coniugationibus eodem modo se habent hæc tempora, vt postea videbitur.

SECVNDA CONIVGATIO.

IN MI.

Secunda Cõiugatio in μι.

FIT à Verbis in άω: ςάω, ἵςημι. Futurum in ήσω, ςήσω, vt in secunda Coniugatione circumflexorum.

Verbi Actiui

Indicat. præsens. { ἵςημι, ἵςης, ἵςησι. / ἵςατον, ἵςατον. / ἵςαμεν, ἵςατε, ἱςᾶσι.

Imperfectum. { ἵςην, ἵςης, ἵςη. / ἵςατον, ἱςάτην. / ἵςαμεν, ἵςατε, ἵςασαν.

Perfectum, ἕςακα, penultima per α.
Plus quàm perfectum, ἑςάκειν.
Aoristus primus, ἔςησα.

Aoristus secundus. { ἔςην, ἔςης, ἔςη. / ἔςητον, ἐςήτην. / ἔςημεν, ἔςητε, ἔςησαν.

Futurum primum, ςήσω.

IMPERATIVI

Præsens & imperf. { ἵςαθι, ἱςάτω. / ἵςατον, ἱςάτων. / ἵςατε, ἱςάτωσαν.

Aoristus secund. { ςῆθι, ςήτω. / ςῆτον, ςήτων. / ςῆτε, ςήτωσαν.

OPTATIVI

Præsens & imperf. { ἱςαίην, ἱςαίης, ἱςαίη. / ἱςαίητον, ἱςαιήτην. / ἱςαίημεν, ἱςαίητε, ἱςαίησαν.

Aoristus

Aoristus secundus. { σταίην, σταίης, σταίη. / σταίητον, σταιήτην. / σταίημεν, σταίητε, σταίησαν.

SVBIVNCTIVI

Præsens & imperfectum ἐὰν { ἱστῶ, ἱστᾷς, ἱστᾷ. / ἱστᾶτον, ἱστᾶτον. / ἱστῶμεν, ἱστᾶτε, ἱστῶσι.

Aoristus secun. ἐὰν { στῶ, στῇς, στῇ. / στῆτον, στῆτον. / στῶμεν, στῆτε, στῶσι.

INFINITIVI

Præsens, ἱστάναι. Aoristus secundus, στῆναι.

PARTICIPII.

Præsens & imperf. { ὁ ἱστὰς, τοῦ ἱστάντος. / ἡ ἱστᾶσα, τῆς ἱστάσης. / τὸ ἱστὰν, τοῦ ἱστάντος.

Aoristus secundus. { ὁ στὰς, στάντος. / ἡ στᾶσα, στάσης. / τὸ στὰν, στάντος.

Verbi Passiui Indicatiui — Passiuum.

Præsens. { ἵσταμαι, ἵστασαι, ἵσταται. / ἱστάμεθον, ἵστασθον, ἵστασθον. / ἱστάμεθα, ἵστασθε, ἵστανται.

Imperfect. { ἱστάμην, ἵστασο, ἵστατο. / ἱστάμεθον, ἱστάσθον, ἱστάσθην. / ἱστάμεθα, ἵστασθε, ἵσταντο.

Perfectum, ἕσταμαι, ἕστασαι, ἕσταται. Plusquàm perfectum, ἑστάμην, ἕστασο, ἕστατο, more consueto Aoristus primus, ἐστάθην Futurum primum, σταθήσομαι. Paulo pòst futurum, ἑστάσομαι.

IMPERATIVI

Præsens & imperf. { ἵστασο, ἱστάσθω. / ἵστασθον, ἱστάσθων. / ἵστασθε, ἱστάσθωσαν.

OPTATIVI.

Præsens & imperf. { ἱσαίμην, ἱσαῖο, ἱσαῖτο. ἱσαίμεθον, ἱσαῖθον, ἱσαίθην. ἱσαίμεθα, ἱσαῖσθε, ἱσαῖντο.

Perfectum & plus quàm perfect. { ἑσαίμην, ἑσαῖο, ἑσαῖτο. ἑσαίμεθον, ἑσαῖσθον, ἑσαίσθην. ἑσαίμεθα, ἑσαῖσθε, ἑσαῖντο.

SVBIVNCTIVI

Præsens & imperf. ἐὰν { ἱσῶμαι, ἱσᾷ, ἱσᾶται. ἱσώμεθον, ἱσᾶσθον, ἱσᾶσθον. ἱσώμεθα, ἱσᾶσθε, ἱσῶνται.

Perfectum & plus quàm perfect. ἐὰν { ἑσῶμαι, ἑσᾷ, ἑσᾶται. ἑσώμεθον, ἑσᾶσθον, ἑσᾶσθον. ἑσώμεθα, ἑσᾶσθε, ἑσῶνται.

Infinitiui *præsens & imperfectũ* ἵσασθαι *ab Indicatiuo* ἵσασθε.
Participij *præsens & imperfectũ* ἱσάμενος, ἱσαμένη, ἱσάμενον.

Verbi Medij.

Medium. *Aoristus primus*, ἐσησάμην, σῆσαι: σησαίμην, σήσωμαι, σήσασθαι, σησάμενος. *Futurum vero primum*, σήσομαι, σησοίμην, σήσεσθαι, σησόμενος.

Aoristus secundus. { ἐσάμην, ἔσασο, ἔσατο. ἐσάμεθον, ἔσασθον, ἐσάσθην. ἐσάμεθα, ἔσασθε, ἔσαντο.

Sed in hoc Verbo non est hoc tempus vsitatum.

TERTIA CONIVGATIO IN MI.

Tertia cõiugatio in μι. FIT *à Verbis in* όω, δόω, δίδωμι. *Futurum in* ώσω, δώσω, *perinde vt in Tertia Circumflexorum*. *Præteritum* δέδωκα.

Verbi Actiui.

Indicatiui præs. { δίδωμι, δίδως, δίδωσι. δίδοτον, δίδοτον. δίδομεν, δίδοτε, διδοῦσι.

Ionicè διδόασι.

Imperfe-

Imperfectum. ἐδίδων, ἐδίδως, ἐδίδω.
ἐδίδοτον, ἐδιδότην.
ἐδίδομεν, ἐδίδοτε, ἐδίδοσαν.

Perfectum, δέδωκα. *Plus quàm perfectum,* ἐδεδώκειν.
Aoristus primus, ἔδωκα, *per* κ.

Aoristus secund. ἔδων, ἔδως, ἔδω.
ἔδοτον, ἐδότην.
ἔδομεν, ἔδοτε, ἔδοσαν.

Futurum primum, δώσω.

IMPERATIVI

Præsens & Imperf. δίδοθι, διδότω.
δίδοτον, διδότων.
δίδοτε, διδότωσαν.

Aoristus secundus. δὸς, δότω.
δότον, δότων.
δότε, δότωσαν.

OPTATIVI

Præsens & Imperf. διδοίην, διδοίης, διδοίη.
διδοίητον, διδοιήτην.
διδοίημεν, διδοίητε, διδοίησαν.

Aoristus secundus. δοίην, δοίης, δοίη.
δοίητον, δοιήτην.
δοίημεν, δοίητε, δοίησαν.

SVBIVNCTIVI

Præsens & Imperf. ἐὰν διδῶ, διδῷς, διδῷ.
διδῶτον, διδῶτον.
διδῶμεν, διδῶτε, διδῶσι.

Aoristus secundus ἐὰν δῶ, δῷς, δῷ.
δῶτον, δῶτον.
δῶμεν, δῶτε, δῶσι.

INFINITIVI.

Præsens & imperfectum, διδόναι.
Aoristus secundus, δοῦναι.

PARTI-

PARTICIPII

Præsens & imperfectum.
ὁ διδοὺς, διδόντος.
ἡ διδοῦσα, διδούσης.
τὸ διδὸν, διδόντος.

Aoristus secundus.
ὁ δοὺς, δόντος.
ἡ δοῦσα, δούσης.
τὸ δὸν, δόντος.

Passiuum.

VERBI PASSIVI

Indicatiui præsens.
δίδομαι, δίδοσαι, δίδοται.
διδόμεθον, δίδοσθον, δίδοσθον.
διδόμεθα, δίδοσθε, δίδονται.

Imperfectum.
ἐδιδόμην, ἐδίδου, ἐδίδοτο.
ἐδιδόμεθον, ἐδίδοσθον, ἐδιδόσθην.
ἐδιδόμεθα, ἐδίδοσθε, ἐδίδοντο.

Perfectum, δέδομαι, *Plus quàm perfectum*, ἐδεδόμην, *Aoristus primus*, ἐδόθην. *Futurum primum*, δοθήσομαι. *Paulo pòst futurum*, δεδόσομαι.

IMPERATIVI

Præsens & Imperf.
δίδοσο, διδόσθω.
δίδοσθον, διδόσθων.
δίδοσθε, διδόσθωσαν.

Perfectum & plus quàmperfectum.
δέδοσο, δεδόσθω.
δέδοσθον, δεδόσθων,
δέδοσθε, δεδόσθωσαν.

OPTATIVI.

Præsens & Imperf.
διδοίμην, διδοῖο, διδοῖτο.
διδοίμεθον, διδοῖσθον, διδοίσθην.
διδοίμεθα, διδοῖσθε, διδοῖντο.

Perfectum & plus quàm perfectum, δεδοίμην, δεδοῖο, δεδοῖτο, *vt præsens.*

SVBIVNCTIVI

Præsens & imperf. ἐὰν
διδῶμαι, διδῷ, διδῶται.
διδώμεθον, διδῶσθον, διδῶσθον.
διδώμεθα, διδῶσθε, διδῶνται.

Perfectum

Perfectum & plus quàm perfectum, ἐὰν δεδῶμαι, δεδῷ, δεδῶται, *vt præsens.*

Infinitiui *præsens & imperfectum,* δίδοσθαι: *ab* Indicatiuo δίδοσθε.

Participij *præsens & imperfectum,* ὁ διδόμενος, ἡ διδομένη, τὸ διδόμενον.

Verbi Medij.

Medium.

Aoristus primus, ἐδωκάμην, *parum vsitatus.*

Aoristus verò secundus sic inflectitur.

Indicatiuus.	ἐδόμην, ἔδοσο, ἔδοτο.
	ἐδόμεθον, ἔδοσθον, ἐδόσθην.
	ἐδόμεθα, ἔδοσθε, ἔδοντο.
Imperatiuus.	δόσο, δόσθω.
	δόσθον, δόσθων.
	δόσθε, δόσθωσαν.

Futurum primum per omnes Modos & Participia, δώσομαι, δωσοίμην, δώσεσθαι, δωσόμενος.

Optatiuus.	δοίμην, δοῖο, δοῖτο.
	δοίμεθον, δοῖσθον, δοίσθην.
	δοίμεθα, δοῖσθε, δοῖντο.
Subiunctiuus, ἐὰν	δῶμαι, δῷ, δῶται.
	δώμεθον, δῶσθον, δῶσθον.
	δώμεθα, δῶσθε, δῶνται.

Infinitiuus, δόσθαι.

Participium, ὁ δόμενος, ἡ δομένη, τὸ δόμενον.

QVARTA CONIVGATIO IN MI.

Quarta coniugatio verborũ in μι.

FIT *à Verbis in* ύω, ζευγνύω, ζεύγνυμι.

Verbi Actiui.

Indicatiui præsens.	ζεύγνυμι, ζεύγνυς, ζεύγνυσι.
	ζεύγνυτον, ζεύγνυτον.
	ζεύγνυμεν, ζεύγνυτε, ζευγνῦσι.
Imperfectum.	ἐζεύγνυν, ἐζεύγνυς, ἐζεύγνυ.
	ἐζεύγνυτον, ἐζευγνύτην.
	ἐζεύγνυμεν, ἐζεύγνυτε, ἐζεύγνυσαν.

IMPE.

IMPERATIVI

Præsens & imperf. { ζεύγνυθι, ζευγνύτω. / ζεύγνυτον, ζευγνύτων. / ζεύγνυτε, ζευγνύτωσαν.

Infinitiui Præsens & imperfectum ζευγνύναι.

PARTICIPII

Præsens & Imperfect. { ὁ ζευγνὺς, ζευγνύντος. / ἡ ζευγνῦσα, ζευγνύσης. / τὸ ζευγνὺν, ζευγνύντος.

Verbi Passiui Indicatiui

Passiuum

Præsens. { ζεύγνυμαι, ζεύγνυσαι, ζεύγνυται. / ζευγνύμεθον, ζεύγνυσθον, ζεύγνυσθον. / ζευγνύμεθα, ζεύγνυσθε, ζεύγνυνται.

Imperfectum. { ἐζευγνύμην, ἐζεύγνυσο, ἐζεύγνυτο. / ἐζευγνύμεθον, ἐζεύγνυσθον, ἐζευγνύσθην. / ἐζευγνύμεθα, ἐζεύγνυσθε, ἐζεύγνυντο.

IMPERATIVI

Præsens & imperf. { ζεύγνυσο, ζευγνύσθω. / ζεύγνυσθον, ζευγνύσθων. / ζεύγνυσθε, ζευγνύσθωσαν.

Infinitiui *præsens & imperfectum*, ζεύγνυσθαι, *ab Indicatiuo* ζεύγνυσθε.

Participij *præsens & imperfectum*, ζευγνύμενος, ζευγνυμένη, ζευγνύμενον.

ANNOTATIONES IN VERBA IN MI.

In verba in μι.

R*Eduplicatio in* ἵστημι *aspiratur; nam asperum spiritum habet iota ante* σ.

Quarta Coniugatio reduplicationem ignorat, ζεύγνυμι, *iungo,* ὀμόργνυμι, *abstergo:* ὀρέγνυμι, *extendo:* κεράννυμι, *misceo:* πετάννυμι, *pādo:* δῦμι, *ingredior:* φῦμι, *nascor. Id quod in alijs quoque accidit,* δίζημι, *quæro:* ὄνημι, *iuuo:* φίλημι, *amo:* ἵλημι, *propitius sum:* φημὶ, *dico:* γνῶμι, *nosco: & multis reliquis apud Poëtas.*

Præsentis & Imperfecti Singularia Actiua penultimam producunt

ducunt, η, ω, ε, τίθημι, ἵστημι, δίδωμι, ζεύγνυμι: ἐτίθην, ἵστην, ἐδίδων. Dualia autem & Pluralia corripiunt, τίθετον, τίθεμεν: ἵστατον, ἵσταμεν. sic & Paßiuum præsens & imperfectum in quouis numero, τίθεμαι, τίθεσθον, τιθέμεθα, ἐτιθέμην, &c.

Tertia Pluralis Indicatiui præsentis, τιθεῖσι, ἱστᾶσι, διδοῦσι, ζευγνῦσι: semper enim in Præsenti & Futuro omnium Verborum similis est Datiuo Plurali Participij eiusdem temporis: vt τύπτων, τύπτοντος, τοῖς τύπτουσι: sic τύπτομεν, τύπτουσι: vt τιθεὶς, τιθέντος, τοῖς τιθεῖσι: sic τίθεμεν, τιθεῖσι: vt ἱστὰς, ἱστάντος, τοῖς ἱστᾶσι: sic ἵσταμεν, ἱστᾶσι.

In quarta autem receptum est non ζευγνῦσι, sed ζευγνύουσι, à Barytono ζευγνύω.

Ionicè verò τιθέασι, διδόασι, ζευγνύασι: expungunt enim Subiunctiuam vocalem, aut ancipitem breuiant, & interponunt α, τιθεῖσι, τιθέασι: διδοῦσι, διδόασι: ζευγνῦσι, ζευγνύασι: at ἱστᾶσι tantùm, non ἱστάασι, ob cacophoniam.

Imperfectum Singulare trium Coniugationum vix est in vsu, sed vtimur personis Circumflexorum, à τιθέω, τιθῶ, ἐτίθουν, ἐτίθεις, ἐτίθει: ab ἱστάω, ἱστῶ, ἵστων, ἵστας, ἵστα: à διδόω, διδῶ, ἐδίδουν, ἐδίδους, ἐδίδου. Idem iudicium de tertia Plurali ἐτίθουν, ἵστων, ἐδίδουν.

Perfectum, τέθεικα, Bœotorum more, pro τέθηκα, à futuro θήσω, mutant enim Bœoti η in ει. at perfectum ἕστακα per α, pro ἕστηκα, à futuro στήσω, ad differentiam ἕστηκα, permansi: præteriti Medij ab ἑστήκω, permaneo: seruatq́; ἑ aspirationem præsentis ἵστημι.

Aoristi primi ἔθηκα & ἔδωκα, pro ἔθησα & ἔδωσα. deflexerunt enim à communi lege, nec retinuerunt consonantem futurorum suorum, θήσω, δώσω.

Aoristi secundi fiunt à primo futuro, vertendo ῆσω in ην, & præposito augmento, θήσω, ἔθην: στήσω, ἔστην: δώσω, ἔδων. At quarta Coniugatio nec futurum habet, nec secundum Aoristum, nisi in Verbis dissyllabis, κλῦμι, audio: δῦμι, ingredior. Futurum, κλύσω, δύσω. Aoristus, ἔκλυν, ἔδυν, idem cum Imperfecto. Seruat autem hoc tempus eandem vocalem in omnibus Numeris, ἔστην, ἔστητε, ἔστημεν: ἔγνων, ἔγνωτε, ἔγνωμεν.

Impera-

Imperatiuus desinit in θι, στῆθι, γνῶθι: per vocalem Indicatiui, quæ & in Infinitiuo manet, στῆναι, γνῶναι. Sed ἔθην & ἔδων in Duali & Plurali vocalem corripiunt, ἔθετον, ἔθεμεν, ἔδοτον, ἔδομεν. Imperatiuorum præterea vltima est σ, θὲς, δός. Infinitiuorum autem penultima diphthongus, θεῖναι, δοῦναι.

Imperatiui in θι, τίθετι, ἵσταθι, δίδοθι, ζεύγνυθι, à prima Plurali, μεν verso in θι, ἵσταμεν, ἵσταθι. sed τίθετι per τι non θι. de quo vide aoristum Paßiuum Barytonorum. Etiam hîc magis recepti sunt Imperatiui secundæ personæ à contractis, τίθει, ἵστα, δίδου à τιθῶ, ἱστῶ, διδῶ.

Optatiui præsens, τιθείην, ἱσταίην, διδοίην: & secundus aoristus, θείην, σταίην, δοίην, per diphthongum, quæ continet figuratiuam Coniugationis, ει, αι, οι. Subiunctiui præsens τιθῶ, τιθῇς, τιθῇ: ἱστῶ, ἱστᾷς, ἱστᾷ: διδῶ, διδῷς, διδῷ: secunda & tertia personæ Singularis per diphthongum impropriam, ῇ primæ Coniugationis, ᾷ secundæ, ῷ tertiæ.

Secundus autem aoristus θῶ, θῇς, θῇ: στῶ, στῇς, στῇ: δῶ, δῷς, δῷ: per ῇ in duabus primis Coniugationibus, & per ῷ in tertia.

Quarta Coniugatio caret Optatiuo & Subiunctiuo.

Infinitiui præsens, τιθέναι, ἱστάναι, διδόναι, ζευγνύναι, per figuratiuam Coniugationis ante ναι.

Participium præteriti perfecti, ἑστηκώς, ἑστηκυῖα, ἑστηκὸς, & Ionicè ἑσταὼς, ἑσταότος: siquidem Iones è præteritis subtrahunt κ, & penultimam corripiunt: μέμηκα, μέμαα, promptus fui. sic ἕστηκα, ἕσταα, & Participium ἑσταώς: deinde per Crasin ἑστὼς, ἑστῶτος, ἑστῶσα, ἑστώσης, τὸ ἑστὼς, ἑστῶτος, à quo compositum διεστῶτα, distincta, discreta: vtrumque verò & Masculinum & Neutrum habet accentum acutum, & per ω scribitur. Itidem dicendum in γεγὼς, natus: μεμαὼς, promptus, propensus: βεβὼς, iens: à γεγαὼς, μεμαὼς, βεβαὼς: quorum themata sunt γάω, nascor: μάω, promptus sum: βάω, eo: vnde γήσω, γέγηκα, γέγαα: μήσω, μέμηκα, μέμαα: βήσω, βέβηκα, βέβαα.

Paßiui præsentis secunda persona, τίθεσαι, ἵστασαι, & Atticè τίθῃ, ἵστῃ, vt Barytonum τύπτομαι, τύπτῃ.

Imperfecti similiter secundæ personæ, ἐτίθεσο, ἵστασο, ἐδίδοσο,

reÿciunt

reÿciunt σ, ac deinde Crasim patiuntur, ἐτίθεσο, ἐτίθου: ἵστασο, ἵστω: ἐδίδοσο, ἐδίδου.

Perfectum Paßiuum Verborum in μι corripit penultimam: Actiuum δέδωκα, Paßiuum δέδομαι: sic ἕστακα, ἕσταμαι, a breui, qua lege à τίθημι diceretur τέθεμαι, ab Actiuo τέθηκα: verùm vt in Actiuo, ita & in Paßiuo scribitur per ει Bœoticum, τέθεικα, τέθειμαι.

Aoristus primus, ἐτέθην, ἐστάθην, ἐδόθην, penultima breui, à tertia perfecti δέδοται, ἐδόθην: sic à τέθειται, correpta penultima dicendum erat ἐθέθην: sed prius θ vertitur in tenue τ ἐτέθην.

Imperatiuus, τίθεσο, ἵστασο, δίδοσο: & abiecto σ per Crasim Atticam dicitur τίθεο, τίθου· ἵσταο, ἵστω: δίδοο, δίδου: vt in Imperfecto. Iones enim tollunt σ, deinde Attici contrahunt.

Optatiui præsens, τιθείμην, τιθεῖο, τιθεῖτο: ἱσταίμην, ἱσταῖο, ἱσταῖτο: διδοίμην, διδοῖο, διδοῖτο. Perfectum verò τεθείμην, τεθεῖο, τεθεῖτο: ἑσταίμην, ἑσταῖο, ἑσταῖτο: δεδοίμην, δεδοῖο, δεδοῖτο: in vtroque penultima diphthongus continens figuratiuam Coniugationis ει, αι, οι, vt & in Actiuo. Duæ autem personæ circumflectuntur, si Optatiuus Actiuus sit in vsu, alioqui accentus est acutus in antepenultima, δυναίμην, δύναιο, δύναιτο, possem, posses, posset: δύναμαι enim receptum est, non δύνημι.

Subiunctiui præsens, τιθῶμαι, τιθῇ, τιθῆται, per ῆ: ἱστῶμαι, ἱστᾷ, ἱστᾶται, per ᾶ: διδῶμαι, διδῷ, διδῶται, per ῶ: quorum accentus circumflexus: at ἐὰν δύνωμαι, si poßim, acuitur in antepenultima, quòd Actiuum δύνημι non sit vsitatum, vt modò dictum est in Optatiuo. Alÿ ἐὰν ἱστῶμαι, ἱστῇ, ἱστῆται: & Actiuum ἱστῶ, ἱστῇς, ἱστῇ: dicitur enim ἐὰν δύνωμαι, δύνῃ, δύνηται, per η.

Perfectum, τεθῶμαι, τεθῇ, τεθῆται: ἑστῶμαι, ἑστᾷ, ἑστᾶται: δεδῶμαι, δεδῷ, δεδῶται, prima persona in ῶμαι, secunda & tertia per ῆ, ᾶ, ῶ.

Medÿ Verbi Aoristus secundus fit ab Actiuo, mutata longa in breuem, & interiecta syllaba μη, ἔθην, ἐθέμην: ἔδων, ἐδόμην: sed ab ἔστην, ἐστάμην non est in vsu.

Secunda persona, ἔθεσο, ἔδοσο: *&* Ionicè ἔθεο, ἔδοο: *deinde per Crasim Atticam,* ἔθου, ἔδου. *Itidem in Imperatiuo,* θέσο, θέο, θοῦ: δόσο, δόο, δοῦ.

Et quidem de verborum Coniugationibus hæc præcipienda duximus: reliqua suo postea loco dicturi. Nunc interim absoluamus cæteras Orationis partes.

DE PRONOMINIBVS.

Pronomina primitiua. PRONOMINA *primæ personæ. Sing.* ἐγὼ, *ego:* ἐμοῦ, ἐμοί, ἐμέ, *& per Aphæresim* μοῦ, μοὶ, μέ *Dual.* νῶ, νῷν *Plur.* ἡμεῖς, ἡμῶν, ἡμῖν, ἡμᾶς.

Secundæ personæ. Sing. σὺ, *tu:* σοῦ, σοὶ, σέ. *Dual.* σφῶ, σφῷν. *Plur.* ὑμεῖς, ὑμῶν, ὑμῖν, ὑμᾶς. *hic υ, illic η.*

Tertiæ personæ Sing. ὅς, οὗ, *sui:* οἷ ἕ. *Dual.* σφὲ, σφίν. *Plur.* σφεῖς σφῶν, σφίσι, σφᾶς: *hæc tria sunt primitiua.*

Pronomina possessiua. *Possessiua octo,* ἐμὸς, ἐμὴ, ἐμὸν, *meus, a, um:* σὸς, σὴ, σὸν, *tuus, a, um:* ὃς, ἣ, ὃν, *suus, a, um:* νωίτερος, *noster duorum:* σφωίτερος, *vester duorum; at de pluribus,* ἡμέτερος, *noster:* ὑμέτερος, *vester:* σφέτερος, *suus. Quorum omnium Masculina declinantur, vt* λόγος, *sermo. Neutra vt* ξύλον, *lignum. Femin. trium in η, vt* τιμὴ, *honor: reliquorum quinque in* α *inflectenda, vt* ἡμέρα, *dies:* ὁ νωΐτερος. ἡ νωϊτέρα, *& ita in alijs.*

Demonstratiua. *Demonstratiua duo,* οὗτος, *hic:* ἐκεῖνος, *ille Masculin Singul.* οὗτος, τούτου, τούτῳ, τοῦτον, ὦ οὗτος. *Dual* τούτω, τούτοιν, ὦ τούτω. *Plur.* οὗτοι, τούτων, τούτοις, τούτους, ὦ οὗτοι *Femin Sing.* αὕτη, ταύτης, ταύτῃ, ταύτην, ὦ αὕτη. *Dual* ταύτα, ταύταιν, ὦ ταύτα *Plural.* αὗται, τούτων, ταύταις, ταύτας, ὦ αὗται. *Neut. Sing.* τοῦτο, τούτου, τούτῳ, τοῦτο, ὦ τοῦτο. *Dual* τούτω, τούτοιν, ὦ τούτω *Plur.* ταῦτα, τούτων, τούτοις, ταῦτα, ὦ ταῦτα. *Masc.* ἐκεῖνος. *Femin.* ἐκείνη *Neut.* ἐκεῖνο, *sine ν declinandum, vt* ὁ λόγος, ἡ τιμὴ, τὸ ξύλον.

Attici. *Attici demonstratiuis addunt iota acutum,* οὑτοσί, τουτουί, τουτῳί, τουτονί ἐκεινοσὶ ἐκεινονί, *&c.*

In Neutro autem Singulari τουτί, *& fit plus* τουτί. *In Plurali verò pro* ταῦτα, *dicunt* ταυτί.

Relati-

Relatiuum vnum, ἀυτὸς, ipse: omnium personarum, ἀυτὸς ἐγὼ, ipse ego: ἀυτὸς σὺ, ipse tu: ἀυτός ἐκεῖνος, ipse ille.

Mascul. ἀυτὸς, Femin ἀυτὴ, Neut ἀυτὸ: vt ὁ λόγος, ἡ τιμὴ, τὸ ξύλον Neut ἀυτὸ, sine ν, τοῦτο & ἐκεῖνο. Cõposita.

Composita tria ἐμαυτοῦ, meiipsius: σεαυτοῦ, tuiipsius: ἑαυτοῦ, suiipsius: carent autem Nominatiuo.

Primæ personæ Masculin. ἐμαυτοῦ, ἐμαυτῷ, ἐμαυτόν Femin. ἐμαυτῆς, ἐμαυτῇ ἐμαυτήν. Neut. ἐμαυτοῦ, ἐμαυτῷ, ἐμαυτό.

Secundæ personæ, σεαυτοῦ, σεαυτῷ, σεαυτὸν: σεαυτῆς, σεαυτῇ, σεαυτὴν: σεαυτοῦ, σεαυτῷ, σεαυτό: & per Crasim σαυτοῦ, σαυτῷ, σαυτὸν, &c.

Tertiæ personæ, ἑαυτοῦ, ἑαυτῷ ἑαυτόν: ἑαυτῆς, ἑαυτῇ, ἑαυτὴν: ἑαυτοῦ, ἑαυτῷ, ἑαυτό. Cumq; duo præcedentia tantùm habeant Singulare, hoc etiam declinatur Pluraliter & coniunctim & diuisim, ἑαυτῶν & σφῶν ἀυτῶν: ἑαυτοῖς & σφίσιν ἀυτοῖς: ἑαυτοὺς & σφᾶς ἀυτούς. sic ἑαυτῶν, ἑαυταῖς, ἑαυτάς: ἑαυτῶν, ἑαυτοῖς, ἑαυτά. Et huius quidem Plurale in omnes quoque quadrat personas, ἑαυτῶν, nostrûm, vestrûm, suiipsorum: ἑαυτοὺς, nos, vos, seipsos. Sic & interdum singulariter, ἑαυτοῦ, tuiipsius· ἑαυτὸν, teipsum.

Quum reperiuntur aspirata αὑτοῦ, αὑτῷ, αὑτὸν, & similia, aphæresis est pro ἑαυτοῦ, ἑαυτῷ, ἑαυτόν.

Infinitum Pronomen vocant, ὁ δεῖνα, quidam: & sic declinatur:

Mascul. ὁ δεῖνα, τοῦ δεῖνος, τῷ δεῖνι, τὸν δεῖνα.
Femin ἡ δεῖνα, τῆς δεῖνος, τῇ δεῖνι, τὴν δεῖνα.
Neutr. τὸ δεῖνα, τοῦ δεῖνος, τῷ δεῖνι, τὸ δεῖνα.

Declinatur etiam ὁ δεῖνα, τοῦ δείνατος, τῷ δείνατι & ὁ δεῖνα, τοῦ δεῖνα: & ὁ δεὶς, τοῦ δεῖνος, τῷ δεῖνι, τὸν δεῖνα, apud Poëtas.

DE ARTICVLIS.

Articulus duplex: { Præpositiuus, ὁ, ἡ, τὸ, quem antea declinauimus. Subiunctiuus, ὃς, ἣ, ὃ, valens Relatiuum, qui, quæ, quod. }

Mascul. Sing. ὁς, οὗ, ᾧ, ὅν. Dual ὥ, οἷν. Plur. οἱ, ὧν, οἷς, οὕς.
Femin. Sing ἥ, ἧς, ᾗ, ἥν. Dual ἅ, αἷν. Plur. αἱ, ὧν, αἷς, ἅς.
Neut. Sing. ὅ, οὗ, ᾧ, ὅ. Dual. ὥ, οἷν. Plur. ἅ, ὧν, οἷς, ἅ.

Datiuus ᾧ *aspiratur: Aduerbium autem vocandi* ὦ *lenem habet spiritum, nec iota subscriptum.*

Præpositiui Articuli pro interrogatiuis sumuntur, τῷ *pro* τίνι; *cui? & pro infinitis,* εἴ τῳ *pro* εἴ τινι, *si cui. Capiuntur & pro Demonstratiuis Pronominibus,* τὸν *pro* τοῦτον, *hunc:* τὴν *pro* ταύτην, *hanc. Id quod crebrum est adiectis Coniunctionibus* δὲ *&* γε: ὅδε, ἥδε, τόδε. ὅγε, ἥγε, τόγε: *pro* οὗτος, αὕτη, τοῦτο *itidem in reliquis casibus:* τοῦδε, τῷδε, τόνδε: *pro* τούτου, τούτῳ, τοῦτον. *Attici pro* ὅδε *&* τόδε, *dicunt* ὁδὶ *&* τοδὶ.

Subiunctiui Articuli componuntur cum nomine infinito τίς, τινός. *Mascul.* ὅστις, οὗ τινος, ᾧ τινι, ὅν τινα. *Femin.* ἥ τις, ἧς τινος. *Neut* ὅ τι, οὗ τινος: *scribitur autem,* ὅ, τι *per distinctiunculam, vt differat à Coniunctione* ὅτι, *quòd. Additur &* περ, ὅσπερ, ἥπερ, ὅπερ, *qui, quæ, quod.*

Præpositiui Articuli officium est rem certam significare, ἀπόδος μοι τὸ βιβλίον, *redde mihi librum, nempe istum certum, de quo inter nos constat. Quanquam Attici ornatus gratia nunc addant Articulum, nunc rursus auferant. Habent præterea locum in diuisionibus, adiuncta Coniunctione* μὲν, *&* δὲ: *vt* ὁ μὲν, ὁ δὲ, *hic quidem, ille autem:* τὸν μὲν, τὸν δὲ, *hunc quidem, illum verò.*

DE ADVERBIO, CONIVNCTIONE, ET PRÆPOSITIONE.

Partes indeclinabiles.

TRES *Orationis partes, Aduerbium, Coniunctionem, & Præpositionem, breuiter perstringemus. nam auctorum lectione præstat eas discere, quàm præceptionibus Grammaticis.*

Aduerbiū.

ADVERBIORVM *significationes sunt variæ.*

Temporis, νῦν, *nunc:* τότε, *tunc.*

Loci, ἐνταῦθα, *hic:* ἐκεῖθεν, *illinc:* δεῦρο, *huc.*

Qualitatis εὖ *benè:* κακῶς, *male.*

Quantitatis, ἅπαξ, *semel:* δὶς, *bis: & cætera omnia, quemadmodum apud Latinos.*

Quali-

Qualitatis Aduerbia plurima fiunt à Genitiuo Plurali: τῶν σοφῶν, *sapientum*; σοφῶς, *sapienter*: καλῶν, *pulchrorum*; καλῶς, *pulchrè*. *Alia in* δον *exeunt*, κυνηδὸν, *caninè*: βοτρυδὸν, *racematim*. *Quædam in* στι, ἑλληνιστὶ, *Græcè*: ῥωμαϊστὶ, *Romanè*.

Cum Aduerbijs numerantur quas vocamus Interiectiones, ἰὼ, *hei*: οἴμοι, *hei mihi*: βαβαὶ, *papæ*.

CONIVNCTIONES *sunt, Copulatiuæ*, μὲν, *quidem*: δὲ, *verò*: τὲ, *que*: καὶ, *&*. *Disiunctiuæ*, ἢ, *vel*. ἤτοι, *siue*. *Continuatiuæ*, εἰ, *si*: εἴπερ, *siquidem*. *Subcontinuatiuæ*, ἐπειδὴ, *postquam*: ἐπειδήπερ, *simulatque*. *Causales*, ἵνα, *vt*: ὅπως, *quò*: γὰρ, *enim*: ὅτι, *quòd*. διότι, *propterea quòd*. *Dubitatiuæ*, ἆρα, *an*: μῶν, *num*: μὴ, *nunquid*: *& quæcunque præterea de significationibus Coniunctionum dici solent*. Cōiunctio

PRÆPOSITIONES *monosyllabæ sunt sex*: ἐν, εἰς *vel* ἐς, ἐκ *vel* ἐξ, πρὸ, πρὸς, σὺν, *pro quo Attici* ξὺν *in compositis*. Præpositio

Disyllabæ duodecim: ἀνὰ, κατὰ, διὰ, μετὰ, παρὰ, ἀντὶ, ἐπὶ, περὶ, ἀμφὶ, ἀπὸ, ὑπὸ, ὑπέρ.

Consonantem præcedit ἐκ, *vocalem* ἐξ: ἐκ γῆς, *ex terra*: ἐξ αὐτοῦ, *ex ipso*.

Hactenus de partibus Orationis ea conscripsimus, quæ Græcas literas auspicantibus omnino putamus necessaria, & citra quorum cognitionem frustra legendis auctoribus operam impendant. Nunc quæ præterea dicenda sunt de Nomine & Verbo, carptim & breuiter annotabimus.

Annotationes in Nomina Adiectiua.

TERTIÆ *Declinationis Masculini in* ος *puri aut* ρος, *Femininum est* α *non puri*, η: *Neutrum semper* ον: ὁ ἅγιος, ἡ ἁγία, τὸ ἅγιον, *sanctus, a, um*: ὁ ἀνθηρὸς, ἡ ἀνθηρὰ, τὸ ἀνθηρὸν, *floridus, a, um*: ὁ καλὸς, ἡ καλὴ, τὸ καλὸν, *bonus, a, um*: *excipe* ὁ ὄγδοος, ἡ ὀγδόη, *per* η, *octauus, a, um*.

Attici ος *communiter accipiunt, maximè in compositis & deriuatis*: ὁ καὶ ἡ φιλόσοφος, *sapientiæ studiosus*: πάμφιλος, *omnibus amicus*: τὸ φιλόσοφον, πάμφιλον: ὁ καὶ ἡ κόσμιος, τὸ κόσμιον, *ornatus, a, um*.

Quartæ Declinationis Commune ως, Neutrum ων: ὁ καὶ ἡ ἔγγεως, τὸ ἔγγεων, fertilis, fertile.

Quintæ commune ην, τὸ εν: ὁ καὶ ἡ τέρην, τὸ τέρεν, tener, a, um.

Commune ων, Neutrum ον: ὁ καὶ ἡ εὐδαίμων: τὸ εὔδαιμον, felix. sic comparatiua, ὁ καὶ ἡ μείζων, τὸ μεῖζον; maior, maius.

Masculinum ας. Femininū αινα, Neutrum αν: ὁ μέλας, niger, τάλας, miser: ἡ μέλαινα, τάλαινα: τὸ μέλαν, τάλαν: sed ὁ πᾶς, omnis: ἡ πᾶσα, τὸ πᾶν. sic composita ἅπας, omnis: σύμπας, vniuersus.

Masculinum εις, ἡ εσσα, τὸ εν: ὁ χαρίεις, ἡ χαρίεσσα, τὸ χαρίεν, gratiosus, a, um.

Commune ης, τὸ ες: ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς, τὸ ἀληθὲς, verus Commune ις compositum, τὸ ι. ὁ καὶ ἡ εὔχαρις. gratiosus: φιλόπατρις, studiosus patriæ: τὸ εὔχαρι, φιλόπατρι.

Mascul. ύς, ἡ εῖα, τὸ ύ: ὁ γλυκύς, ἡ γλυκεῖα, τὸ γλυκὺ, dulcis.

Commune υς, τὸ υ: ὁ καὶ ἡ ἄδακρυς, τὸ ἄδακρυ, non lachrymans.

Commune ους, τὸ ουν: ὁ καὶ ἡ πολύπους, τὸ πολύπουν, multipes.

Pauca trium generum sub vna voce: ὁ, ἡ, τὸ ἅρπαξ, rapax: μάκαρ, beatus. Femininum habent & substantiua, ὁ λέων, leo: δράκων, draco: θεράπων, famulus: ἡ λέαινα. δράκαινα, θεράπαινα. ὁ βασιλεὺς, rex: ἄναξ, rex: ἡ βασίλισσα regina: ἄνασσα, regina: ὁ ψάλτης, cantor: ἡ ψάλτρια, psaltria. ὁ παρακοίτης, maritus: ἡ παράκοιτις, vxor: ὁ δεσπότης, dominus: ἡ δεσπότις, & δέσποινα, domina.

NVMERALIA CARDINALIA.

Singulare Masculin. εἷς, ἑνὸς, ἑνὶ, ἕνα vnus, vnius, vni, vnum. Femin μία, μιᾶς, μιᾷ, μίαν. Neut. ἓν, ἑνὸς, ἑνὶ ἕν.

Dualia, δύο, duo: & δύω. Atticè: δυοῖν & δυεῖν pro Feminino.

Pluralia Communia, τρεῖς, τριῶν. τρισὶ, τρεῖς, tres, trium, tribus, tres. Neutra, τρία, τριῶν, τρισὶ, τρία, tria, trium, tribus, tria. Sic οἱ, αἱ τέσσαρες. τὰ τέσσαρα. quatuor: τῶν τεσσάρων, τοῖς, ταῖς, τοῖς τέσσαρσι, τοὺς, τὰς τέσσαρας, τὰ τέσσαρα.

A quatuor vsque ad centum sunt indeclinabilia: πέντε, quinque: ἓξ, ἑπτὰ, ὀκτὼ, ἐννέα, δέκα, decem: ἕνδεκα, δώδεκα, δεκατρεῖς, δεκατέσσαρες, δεκαπέντε δεκαὲξ, δεκαεπτὰ δεκαοκτὼ, δεκαεννέα, εἴκοσι, viginti: εἰκοσιεῖς, εἰκοσιδύο, &c. τριάκοντα, τεσσαράκοντα,

κοντα, πεντήκοντα, ἑξήκοντα, ἑβδομήκοντα, ὀγδοήκοντα, ἐννενήκοντα, ἑκατὸν, *centum. Hinc iam declinantur,* οἱ διακόσιοι, αἱ διακόσιαι, τὰ διακόσια, *ducenti, tæ, ta.* τριακόσιοι, τετρακόσιοι, πεντακόσιοι, ἑξακόσιοι, ἑπτακόσιοι, ὀκτακόσιοι, ἐννεακόσιοι, χίλιοι, *mille:* δισχίλιοι, τρισχίλιοι, τετρακισχίλιοι, πεντακισχίλιοι. ἑξακισχίλιοι, ἑπτακισχίλιοι, ὀγδοακισχίλιοι, ἐννεακισχίλιοι, μύριοι, *decies mille:* δισμύριοι, τρισμύριοι, *& sic in reliquis.*

Ordinalia πρῶτος, *primus:* δεύτερος, τρίτος, τέταρτος, πέμπτος, ἕκτος, ἕβδομος, ὄγδοος, ἔνατος, δέκατος, *decimus:* ἑνδέκατος, δυοκαιδέκατος, τρισκαιδέκατος, *&c.* εἰκοστὸς, *vigesimus:* εἰκοστὸς πρῶτος, εἰκοστὸς δεύτερος, *&c.* τριακοστὸς, τεσσαρακοστὸς, πεντηκοστὸς, ἑξηκοστὸς, ἑβδομηκοστὸς, ὀγδοηκοστὸς, ἐννενηκοστὸς, ἑκατοστὸς, *centesimus:* διακοσιοστὸς, τριακοσιοστὸς, *&c.* χιλιοστὸς, *millesimus:* δισχιλιοστὸς, μυριοστὸς, *decies millesimus:* δισμυριοστὸς, *& sic deinceps.*

GRADVS COMPARATIONIS.

Comparatiuus in τερος, *Superlatiuus in* τατος. *Quæ verò terminationes Adiectiuorum admittant Comparationem, & qua ratione aut litera tollatur, aut vocalis permutetur, planum est ex sequentibus exemplis, quæ in singulis terminationibus collocauimus loco præceptionum.*

ος { ἔνδοξος, ἐνδοξότερος, ἐνδοξότατος, *gloriosus.*
πρᾶος, πραότερος, πραότατος, *mitis.*
σοφὸς σοφώτερος, σοφώτατος, *sapiens.*

ων σώφρων σωφρονέστερος, σωφρονέστατος, *modestus.*

ας μέλας, μελάντερος, μελάντατος, *niger.*

εις χαρίεις, χαριέστερος, χαριέστατος, *gratiosus.*

ης εὐσεβὴς, εὐσεβέστερος, εὐσεβέστατος, *pius.*

ους ἁπλοῦς, ἁπλούστερος, ἁπλούστατος, *simplex.*

υς εὐρὺς, εὐρύτερος, εὐρύτατος, *latus.*

Ex ος *præcedente longa vocali, vel natura, vel positione, fit* ότερος, *&* ότατος *per* ο μικρὸν; *vt* ἔνδοξος, πρᾶος: *alioqui si præit breuis, per* ώτερος *&* ώτατος; *vt* σοφὸς. *At* κενὸς, κενότερος, κενότατος, *vacuus:* στενὸς, στενότερος, στενότατος, *angustus.*

Irregulariter comparantur, ἀγαθὸς, *bonus. Compar.* ἀμείνων, ἀρείων, βελτίων, κρείττων, λωΐων, *melior. Superlatiuus.* ἄριστος, βέλτιστος, κράτιστος, λῷστος, & *quandoque* ἀγαθώτατος, *optimus.*

Κακὸς, *malus. Compar.* κακίων, χείρων, χερείων, *peior, Superlatiuus,* κάκιστος, χείριστος, *pessimus.*

Καλὸς, καλλίων, κάλλιστος, *pulcher:* αἰσχρὸς, αἰσχίων, αἴσχιστος, *turpis.*

Ἐχθρὸς, ἐχθίων, ἔχθιστος, *inimicus:* ῥᾴδιος, ῥᾴων, ῥᾷστος, *facilis.*

Λάλος, λαλίστερος, λαλίστατος, *loquax:* φίλος, φίλτερος, φίλτατος, *per Syncopen, pro* φιλώτερος, φιλώτατος, *amicus.* Μέγας, *magnus:* μείζων, μέγιστος: πολὺς, *multus:* πλείων, πλεῖστος. *Hæc,* βαθὺς, *profundus:* βραδὺς, *tardus:* γλυκὺς, *dulcis:* ἡδὺς, *suauis:* παχὺς, *crassus:* ταχὺς, *celer:* ὠκὺς, *velox. habent* ύτερος & ύτατος, *vt* εὐρὺς: *vel* ίων & ιστος, βαθίων, βάθιστος. *ceterùm* ταχὺς *etiam facit* θάσσων.

Μικρὸς, *paruus:* μικρότερος, μικρότατος: *vel Compar.* ἐλάττων, ἥττων, μείων: *Superlatiuus,* ἐλάχιστος.

Comparatio & ex Substantiuo, κέρδος, *lucrum:* κερδίων, *lucrosior:* κέρδιστος, *lucrosissimus.*

Etiam in Verbis locum habet, βάλλω, *mitto;* βέλτερος, *melior;* βέλτιστος, *optimus:* φέρω, *fero;* φέρτερος, *præstantior;* φέρτιστος, φέριστος, & φέρτατος, *præstantissimus.*

In Aduerbijs, ἄνω, *suprà;* ἀνώτερος, *superior;* ἀνώτατος, *supremus:* κάτω, *infrà;* κατώτερος, *inferior;* κατώτατος, *infimus:* μάλα, *valde;* μᾶλλον, *magis;* μάλιστα, *maximè:* πόῤῥω, *longè;* πορῥώτερος, *longior;* πορῥώτατος, *longissimus:* πέρα, *vltrà,* περαιτέρω, *vlteriùs;* περαίτατον, *vltimùm:* ἐγγὺς, *propè;* ἐγγύτερος, ἐγγύτατος. *vel* ἐγγίων, ἔγγιστος, *propior, proximus:* ἔξω, *extra;* ἐξώτερος, *exterior;* ἐξώτατος, *extimus,*

In Participijs, ἐῤῥωμένος, ἐῤῥωμενέστερος, ἐῤῥωμενέστατος, *validus, validior, validissimus.*

In Præpositionibus, ὑπὲρ, ὑπέρτερος, ὑπέρτατος, *suprà, superior, supremus:* Πρὸ, *ante;* πρότερος, *prior;* πρότατος, & *eliso* τ, *factaque Crasi,* πρῶτος, *primus.*

VERBA-

VERBALIA.

PROFICISCVNTVR *à personis perfecti Passiui, ablato augmento.*

A prima persona fiunt finita in μα *&* μος, πέπραγμαι, *egi, rem gessi:* τὸ πρᾶγμα, *factum, negotium, res:* ἔψαλμαι, *cantatus sum:* ὁ ψαλμὸς, *cantus, psalmus*

A secunda ις. λέλεξαι, *dictus es:* ἡ λέξις, *dictio: &* ια. *sed ferè cum* α, δ, δις, κέκεισαι, *iudicatus es:* ἀκρισία, *indiscretio, nullus delectus:* τέταξαι, *ordinatus es:* εὐταξία, *bonus ordo, disciplina:* πέπραξαι, *rem gessisti:* δυσπραξία, *infelicitas in rebus gerendis.*

A tertia. της, τος, τὴρ, τήριον, τρον: πεποίηται, *fecit:* ὁ ποιητὴς, *factor, Poëta:* ἤκουσαι, *auditus est:* ὁ ἀκουστὸς, *auditor:* κεχάρακται, *signatus est:* ὁ χαρακτὴρ, *signum:* πέποται, *potus est:* τὸ ποτήριον, *poculum:* δεδίδακται, *doctus est:* τὸ δίδακτρον, *pretium docendi. Et ab hac persona formantur illa in* τέον, *quæ tanquam Gerundia sunt,* γέγραπται, *scriptum est,* γραπτέον, *scribendum est. Quòd si tribus generibus varientur, veluti Gerundiua fuerint,* ὁ γραπτέος, ἡ γραπτέα, τὸ γραπτέον, *scribendus, a, um.*

In Declinationes simplices.

PRIMÆ *Declinationis Nomina in* ας *quædam recepto more Genitiuum faciunt in* α: Θωμᾶς, Θωμᾶ, *Thomas. sic* Ἀννίβας, *Annibal:* Πυθαγόρας, *Pythagoras:* πατραλοίας, *parricida:* Ἀρχίτας, *Architas: & item alia consimiliter.*

Vocatiuus Nominum in της, *exit in* α *breue:* τοξότης, *sagittarius:* ἱππηλάτης, *equitator:* προφήτης, *Propheta:* ὦ τοξότα, ἱππηλάτα, προφῆτα. *Sic Gentilia,* Σκύθης, ὦ Σκύθα, *Scytha. & Poëtica in* της, κυνώπης, ὦ κυνῶπα, *inuerecundus. & cõposita ex Verbis* μετρῶ, *metior:* πωλῶ, *vendo:* τρίβω, *tero:* γεωμέτρης, *geometra:* βιβλιοπώλης, *bibliopola:* παιδοτρίβης, *pedotriba:* ὦ γεωμέτρα, *&c.*

Secunda Declinationis Nomina Ἀθηνᾶ, *Pallas;* Ναυσικᾶ, *Nausicaë; &* μνᾶ, *mina, seruant* α *in Genitiuo & Datiuo,* Ἀθηνᾶς, Ἀθηνᾷ, *& cætera: fiunt enim per Crasim à desinentibus in* α *purum,* Ἀθηνάα, Ναυσικάα, μνάα.

Tertiæ declinationis Neutra in ον *abijciunt* ν *more Attico:* ἄλλο, *aliud:*

λο, aliud: τηλικοῦτο, tantum, tam grande natu: τοιοῦτο, tale: τοσοῦτο, tantum. Sic Pronomina τοῦτο, hoc: ἐκεῖνο, illud: αὐτὸ, ipsum. Interdum hæc habent ν, τοιοῦτον, τοσοῦτον.

Quartæ Declinationis Nomina deducta ex ος tertiæ, mutant α penultimam longam in ε: ναὸς, νεὼς, templum: λαὸς, λεὼς, populus.

Quinque etiam Accusatiuũ faciunt sine ν: Ἄθως, Ἄθω, Athos: ἕως, ἕω, aurora: Κέως, Κέω, Ceos: Κῶς, Κῶ, Cos insula: λαγὼς, λαγὼ, lepus.

Vnum quoque in ως Neutrum est: Τὸ χρέως, τοῦ χρέω debitum.

Datiuus Singularis Declinationum simplicium semper est diphthongus impropria, ᾳ, ῃ, vel ῳ.

Quintæ Declinationis nomina: ὁ πατὴρ, τοῦ πατέρος & πατρὸς, τὸν πατέρα tantùm. ἡ μήτηρ, τῆς μητέρος & μητρὸς, τὴν μητέρα tantùm, ad differentiã Nominum ἡ πάτρα, patria: ἡ μήτρα matrix.

Composita quædam polysyllaba in ων, faciunt Vocatiuum per ον, accentu retracto in antepenultimam, ὁ Ἀπόλλων, ὦ Ἄπολλον, Apollo.

Monosyllaba circumflexa in ῆς, Genitiuum formant ablato σ, ὁ Δρῆς, τοῦ Δρῆ, Dres: ὁ τρῆς, τοῦ τρῆ, Tres. Sic Ποδῆς, Ποδῆ, Podes, solea.

Idem faciunt Diminutiua circumflexa in ῦς: ὁ Καμῦς, τοῦ καμῦ, τῷ καμῦ, τὸν καμῦν, Camylus: ὁ Διονῦς, Bacchulus: ὁ Κλαυσῦς, Clausydus.

Nomen ὁ Ἰησοῦς, τοῦ Ἰησοῦ, τῷ Ἰησοῦ, τὸν Ἰησοῦν, Iesus.

In Contractiones.

PRimæ Declinationis contractorum Accusatiuus εα, & per Crasim η: sed quorum Nominatiuus desinit in ης purũ, etiam contrahuntur in α: εὐφυὴς, εὐφυέα, εὐφυῆ vel εὐφυᾶ, ingeniosus: ὑγιὴς, ὑγίεα, ὑγιῆ vel ὑγιᾶ, sanus.

Contrahuntur etiam Nomina in οος in omnibus casibus.

Sing. ὁ νόος νοῦς, mens: τοῦ νόου νοῦ, τῷ νόῳ νῷ, τὸν νόον, νοῦν, ὦ νόε νοῦ.

Dual. τὼ νόω νώ, accentu acuto. τοῖν νόοιν νοῖν,

Plur. οἱ καὶ ὦ νόοι νοῖ, τῶν νόων νῶν, τοῖς νόοις νοῖς, τοὺς νόους νοῦς.

Sic

Sic ῥόος, fluxus: πλόος, nauigatio: & Adiectiua ἁπλόος, simplex: διπλόος, duplex: quorum Feminina & Neutra similiter vbique contrahuntur. Femin. ἡ ἁπλόη, ἁπλῆ, τῆς ἁπλόης ἁπλῆς, τῇ ἁπλόῃ ἁπλῇ, τὴν ἁπλόην ἁπλῆν & ita deinceps. Neut. τὸ ἁπλόον ἁπλοῦν, τοῦ ἁπλόου ἁπλοῦ, &c. vt in Masc. τὰ ἁπλόα ἁπλᾶ.

Neutra verò in εον sic inflectuntur per Crasim.

Sing. τὸ καὶ ὦ ὀστέον ὀστοῦν, os ossis: τοῦ ὀστέου ὀστοῦ, τῷ ὀστέῳ ὀστῷ. Dual. τὼ ὀστέω ὀστώ, acuto accentu, τοῖν ὀστέοιν ὀστοῖν, τὰ ὀστέα ὀστᾶ. Genitiuus & Datiuus vt in Masculino.

Sic χρυσόος, aureus: ἀργυρόος, argenteus: χαλκοῦς æreus: à finitis in εος, χρύσεος, ἀργύρεος, χάλκεος, pro χρύσους, ἀργύρους, χάλκους: irregulariter enim accentus locum suum non seruat. Femin. χρυσῆ, ἀργυρᾶ, χαλκῆ. Neut. χρυσοῦν, ἀργυροῦν, χαλκοῦν.

Neutra in υ, τὸ ἄστυ, ἄστεος, vrbs: τὸ πῶυ, πώεος, grex: licet flectantur per εος, nusquam tamen contrahuntur.

Acuta in υς, τοῦ εος, Crasim patiuntur in Datiuo Singulari, Nominatiuo, Accusatiuo, & Vocatiuo Plurali, ὁ ἡδὺς, suauis: τοῦ ἡδέος, τῷ ἡδέϊ ἡδεῖ, οἱ & ὦ ἡδέες ἡδεῖς, τοὺς ἡδέας ἡδεῖς.

Sed ις υος contrahitur in Nominatiuo, Accusatiuo, & Vocatiuo Plurali: ὁ βότρυς, racemus: τοῦ βότρυος, οἱ & ὦ βότρυες βότρυς, τοὺς βότρυας βότρυς, semper facta Crasi in υ: sic νέκυς, mortuus: στάχυς, spica.

Imparisyllaba in ους similiter contrahuntur in tribus illis casibus Pluralibus: ὁ βοῦς, τοῦ βοὸς, bos: οἱ & ὦ βόες βοῦς, τοὺς βόας βοῦς. Accusatiuus quoque Singularis reperitur, τὸν βοῦν; vt νοῦν, ab ὁ νοῦς, τοῦ νοῦ. τὸν νοῦν.

Comparatiua in ων contrahuntur in Accusatiuo Singulari Communis generis, tribus casibus Pluralibus in omni genere, Nominatiuo, Accusatiuo, & Vocatiuo: priùs autem eliditur ν. ac deinde fit Crasis ex ο & sequēte vocali: ὁ καὶ ἡ μείζων, maior: τοῦ καὶ τῆς μείζονος, τὸν καὶ τὴν μείζονα μείζοα, μείζω: οἱ, αἱ καὶ ὦ μείζονες, μείζοες, μείζους: τοὺς καὶ τὰς μείζονας, μείζοας, μείζους: (non μείζως, vt τοὺς βόας βοῦς, non βῶς, quòd Accus. Pluralis quintæ Declinationis semper contrahatur vt Nomin.) τὰ & ὦ μείζονα, μείζοα, μείζω.

Sunt & alia terminationes in quinta Declinatione per crasim

factæ:

facta: ὁ πλακοῦς, πλακοῦντος, ex πλακόεις, πλακόεντος, placenta. Sic ὁ Σιμοῦς, Simous fluuius: ἡ Ὀποῦς, Opiu, ciuitas in Locris: ἡ Ἀμαθοῦς, Amathus, ciuitas Cypri. Et ὁ τιμῆς, τιμῆντος, ex τιμήεις, τιμήεντος, honoratus. Et in ῆρ circumflexa facta ex έαρ: τὸ κῆρ κηρὸς, cor: τὸ στῆρ, στηρὸς, adeps, esca: à κέαρ, κέαρος: στέαρ, στέαρος. Et παῖς, παιδὸς, à πάϊς, πάϊδος, puer.

HETEROCLITA.

Singulariter Mascul. sunt δεσμὸς, vinculum: ἐρετμὸς, remus: ζυγὸς, iugum: κύκλος, circulus: λύχνος, lucerna: μόχλος, vectis: νῶτος, humerus: σταθμὸς, statio, libra: τράχηλος, collum: Pluraliter Neutr. δεσμὰ, &c. reperimus tamen etiam κύκλοις, λύχνοις.

Sic Feminina, δίφρος, biga: κέλευθος, via: & Commune ὁ καὶ ἡ τάρταρος, tartarus. Pluralia δίφρα, κέλευθα, τάρταρα.

Hæc Feminina, ἡ γυνὴ, mulier: ὁδὸς, via: πόλις, ciuitas: χεὶρ, manus: in Nominatiuo & Accusatiuo Dualis Numeri, sunt generis Masculini, τὼ γυναῖκε, ὁδὼ, πόλιε, χεῖρε.

Declinatione variant, Δάρης, Dares: κόμης, princeps, dux: μύκης, fungus: τοῦ Δαροῦ, & Δάρητος, &c. ὁ Ἄρης, τοῦ Ἄρου, Ἄρητος vel Ἄρεος, Mars.

Propria Nomina primæ contractorum habent interdum casus parisyllabicos, ὁ Ἀριστοφάνης εος, Aristophanes: τὴν Ἀριστοφάνην, & οἱ Ἀριστοφάναι, τοὺς Ἀριστοφάνας. Sic composita ab ἔτος, annus: ὁ ἑπταέτης εος, οἱ ἑπταέται, τοὺς ἑπταέτας, septennis.

Quædam in ως, quartæ vel quintæ, ἥρως, heros: Μίνως, Minos: τοῦ ωος, aut τοῦ ω. sic γέλως, risus: ἔρως, amor: τοῦ ωτος, vel τοῦ ω.

Etiam ὁ νοῦς, mens: τοῦ νοῦ, vel ὁ νοῦς, τοῦ νοὸς, vt βοῦς, βοὸς, bos.

Composita à ποὺς habent οδος vel ου, δίπους, δίποδος, δίπου, bipes. sic τρίπους, tripes: ἑπτάπους, septipes. Οἰδίπους, Oedipus, quod & Οἰδιπόδης, Οἰδιπόδου.

Sæpe namque à Genitiuo imparisyllabico formatur Nominatiuus, qui declinatur parisyllabicè, ὁ ἑπτάπους, τοῦ ἑπτάποδος: vnde ὁ ἑπταπόδης, ἑπταπόδου: ὁ μάρτυρ, μάρτυρος, testis: & ὁ μάρτυρος, μαρτύρου: ψίθυρ, ψίθυρος, ὁ ψίθυρος, ψιθύρου, susurro.

Et alioqui diuersus est Nominatiuus, ὁ μάκαρ. μάκαρος, *beatus: vel* μάκαρς, μάκαρτος, *vel* μακάειος, μακαρίου: *& alia quoque,* τὸ δάκρυ. δάκρυος, *&* τὸ δάκρυον, τοῦ δακρύου, *lachryma.*

ὁ Μωσῆς, τοῦ Μωσοῦ, *vel* ὁ μωσεὺς, τοῦ μωσέος: *quod etiam per* υ *scribitur,* Μωϋσῆς. μωϋσεὺς, *Moses,* τὸ γόνυ. *genu:* τοῦ γόνυος, *& Metathesi* γουνὸς: *&* τὸ γόνας γόνατος: τὸ δόρυ δόρυος, *&* δουρὸς: *&* τὸ δοραὶς δόρατος: *vel* δούρας δούρατος, *etiam* δόρος δόρεος, *& Crasi* δόρους, *hasta.*

Genitiuus quoque interdum varius est eiusdem Nominatiui. ἡ χεὶρ, τῆς χειρὸς, *& Poëticè* χερὸς: *vnde receptus Datiuus Pluralis* ταῖς χερσὶ, *& Genitiuus Dualis* ταῖν χεροῖν: λὺγξ, λυγγὸς, *singultus:* λὺγξ, λυγκὸς, *lynx.*

Quandoque diuersa Nomina eiusdem rei, sed casus partim sumuntur ab vno, partim ab alio: ἡ γυναιξ, *inusitatum: pro quo* ἡ γυνὴ, *mulier:* τῆς γυναικὸς, τῇ γυναικὶ, τὴν γυναῖκα, ὦ γύναι *sine* ξ, *vt quandoque* ὦ ἄνα *ab* ἄναξ *rex:* τὸ γάλα, *lac:* τοῦ γάλακτος, *ab inusitato* γάλαξ. *nam tria,* ἄναξ, νὺξ, *&* γάλαξ, *Genitiuum habent in* κος. *Sed adest Pleonasmus litera* τ, ἄνακτος, νυκτὸς, γάλακτος.

ὁ Ζεὺς τοῦ διὸς, τῷ διὶ, τὸν δία ὦ ζεῦ, *Iupiter.*

τὸ ὕδωρ ὕδατος, *ab* ὕδας: *etiam* τὸ ὕδος, ὕδεος, *aqua.*

ὁ πολὺς, τοῦ πολυοῦ, *multus: & Neutrum* τὸ πολύ. *reliquos omnes casus in quouis Genere ac Numero sumit ab inusitato Nominatiuo* πολλὸς, τοῦ πολλοῦ, τῷ πολλῷ: ἡ πολλὴ, τῆς πολλῆς, τῇ πολλῇ: *& sic deinceps.*

ὁ μέγας. *magnus:* τὸν μέγαν, *& Neutrum* τὸ μέγα: *cætera omnia per tria genera & totidem Numeros accipiuntur ab inusitato Nomine* μεγάλος, τοῦ μεγάλου, τῷ μεγάλῳ: ἡ μεγάλη, τῆς μεγάλης, *& reliqua.*

Neutra quædam in ας, *Genitiuum habent in* ατος, *ab inusitatis Nominibus in* ας. τὸ ἧπαρ, ἥπατος, *iecur, ab* ἧπας: *sic* ἦμαρ, *dies.* εἶδαρ, *esca:* φρέαρ, *puteus:* στέαρ, *adeps:* δέλεαρ, *esca, illecebra:* ὄνειαρ, *vtilitas.*

Hactenus de Nomine: pergamus ad Verba.

ANNOTATIONES IN VERBA.

COgnata tempora sunt, quorum eadem est figuratiua. Præsens & Imperfectum τύπτω, ἔτυπτον. Perfectum & plus quam perfectum, τέτυφα, ἐτετύφειν. Aoristus primus, & Futurum primum. ἔτυψα τύψω. sic Aoristus secundus, Futurum secundum, & Præteritum Medium; cognationem inter se habent, ἔτυπον, τυπῶ. τέτυπα.

Attici tertijs personis in ι vel ε, addunt literam ν etiam ante consonantem, τύπτουσιν vel ἔτυπεν τοῦτον, verberant vel verberauit hunc.

Litera ρ propter syllabicum augmentum geminatur, ῥίπτω, proijcio, ἔρριπτον, & ρ posterius aspiratur, prius lenem habet spiritum, nulla siquidem syllaba desinit in aspiratam. sed si litera gemineтur, prior est tenuis, Ἀτθὶς, Σαπφὼ, Βακχὸς, Attica, Sappho, Bacchus.

Quorum principium γν aut γρη, non repetunt primam consonantem. γνόω, ἔγνωκα, nosco: γρηγορέω, ἐγρηγόρηκα, vigilo.

Hæc verò repetunt, μνάομαι, μέμνημαι, memini: κτάομαι, κέκτημαι, possideo: πτάομαι, πέπτομαι, volo, as: πτόω, πέπτωκα, cado: nam apud Poëtas κτ, μν, & πτ, communem faciunt syllabam.

In incremento temporali quatuor α seruãt, ἄω, ἄον, spiro: ἀΐω, ἄϊον, audio: ἀηθέσσω, ἀήθεσσον, desuesco: ἀηδίζομαι, ἀηδιζόμην, tristor.

Vocalem ε plurima non in η mutant, sed augent addito ι: ἔχω, habeo: ἔπω, dico: ἕλω, ἕλκω, ἑλκύω, ἑλκίζω, traho: ἕρπω, ἑρπίζω, serpo: ἑστήκω, sto. ἕπομαι sequor: ἐρέω, dico, interrogo: ἑστιάω, conuiuium celebro: ἐάω, sino: ἕω, induo, sedeo: ἐρύω, traho: ἔθω, consuesco ἐθίζω, consuefacio: ἐργάζομαι, operor, afficio & afficior, colo & color: ἔχω, εἶχον, non ἦχον: & ita in reliquis.

Ἔπω, εἶπον, dixi: εἰπὲ, dic. εἰπὼν, qui dixit, in omnibus modis seruat augmentum.

Ἑστήκω, sto: εἱστήκειν, steteram, plus quàm perfectum Medium: nam perfectum ἕστηκα sine augmento, licet id verius sit Actiuum ab ἵστημι, & ἕσταχα dictum per α more Dorico.

Ἕω, sedeo: εἷμαι, sedi: præteritum Passiuum.

Ἐρέω, dico: εἴρηκα, εἴρημαι: vnde εἰρήθην, & eliso ι, ἐρήθην.

Ἔθω, consuesco: εἴωθα, præteritum medium per Pleonasmum ω.

Diphthongus ᾳ in ηυ Atticè, ᾄχμαι, ηὐχόμην, oro: ᾄδω, ηὗδον, dormio.

Diphthongum οι hæc non mutant: οἰόμαι, οἰώθην, solus ago: οἰμέω, concito: οἰνέω, οἰνίζω, vinū vendo: οἰστρόω, insanio: οἰωνίζομαι, οἰωνοσκοπέω, ἰωνοπολέω, auguror: οἰακίζω, οἰακονομέω, οἰακοστροφέω, guberno, gubernaculum nauis rego: οἰδαίνω, tumeo, irascor: οἰκουρέω, domum custodio.

Compositi augetur principium, si præpositio nihil addit ad significatum: ἔπω ἐνέπω, dico, ἤνεπον: εὕδω, καθεύδω, dormio, ἐκάθευδον.

Quædam Attici augent initio, quorū simplicia nō sunt in vsu: ἀμφισβητῶ, ἠμφισβήτουν, dubito: ἀντιβολῶ, ἠντιβόλουν, supplico.

Alia in medio, ἀπολαύω, ἀπέλαυον & ἀπήλαυον, fruor: ἐπιχειρῶ, ἐπεχείρουν, aggredior. ἐγκωμιάζω, ἐνεκωμίαζον, celebro, laudo. Sic aliqua composita ex δυς & εὖ, δυσαρεστῶ, δυσηρέστουν, morosus sum: δυσαπιστῶ, δυσηπίστουν, diffido, difficulter credo. Sic εὐορκῶ, sanctè iuro: εὐεργετῶ, beneficio afficio: εὐαγγελίζομαι, nuntio, bonum nuntium affero. Sunt quæ vtrinque augentur: ἐνοχλῶ, turbo, ἠνώχλουν: ἀνορθῶ, ἠνώρθουν, corrigo: ἀνέχομαι, ἠνειχόμην, patior, tolero.

Apud Atticos syllabicum augmentum vertitur in temporale: ἔμελλον, ἤμελλον, debebam: ἐβουλόμην, ἠβουλόμην, volebam: ἐδυνάμην, ἠδυνάμην poterā. Sic εἴδειν ἤδειν, noueram; Plus quàm perfectum ab εἴδω: nam ε siue solum siue in diphthongo, mutant in η.

Perfecto Attici penultimā ε à syllabis primæ & secundæ Coniugationis vertunt in ο: πέμπω, πέπεμφα, communiter, πέπομφα Atticè: βρέχω, βέβρεχα, βέβροχα, irrigo.

Verbum μένω facit μεμένηκα, tanquam à μενέω maneo.

Attici inchoatorum ab ε, ο & α breui, præterito cōmuni præfigunt duas priores literas præteritis: ἐρίζω, contendo: ἤρεικα, ἐρήρεικα. Passiuum ἐρήρεισμαι. ὄλω, perdo ὦλα, ὄλωλα, præteritum Medium est: ἀγείρω, congrego, ἤγερκα, ἀγήγερκα, ἀγήγερμαι.

Corripi-

Corripitur autem præteriti Attici tertia syllaba, si trium syllabarum numerum excesserit, hoc modo: vertitur η in ε, ω in ο, ει & ου abijciunt ε, οι, & υ subiunctiuam. ἀλήθω, ἤληκα, ἀλήλεκα, molo: ἐρωτῶ, ἠρώτηκα, ἐρηρότηκα, interrogo: ἀλείφω, ἤλειφα, ἀλήλιφα, vngo: ἐλεύθω, ἤλουθα, ἐλήλυθα, venio: ἑτοιμάζω, ἡτοίμακα, ἑτητόμακα, paro: ἀκούω, ἤκουα, ἀκήκοα, audio.

At ἐρείδω, firmo, hæreo, ἤρεικα, ἐρήρεικα, ἐρήρεισμαι, ἐρήρειδα: vt differat ab ἐρήεικα verbi ἐρίζω, contendo.

Verbum ἔδω, edo, ἦκα, ἔδηκα, & interiecta syllaba δο, ἐδήδοκα: Pasiuum ἐδήδομαι. sic ἄγω, duco, assumit γο, ἦχα, ἄγηχα, ἀγήγοχα: sed Euphonia tollit γ, ἀγήοχα.

Inceptis ab ο vel ω, Præteritum Atticum præfigit ε, ὁράω, ὤρακα, ἑώρακα, video: οἴγω, ᾦχα, ἔῳγα, aperio: vnde fit ἀνέῳγα.

ὤθω, impello: ὦσμαι, ἔωσμαι, ὠνέωμαι, emo: ὤνημαι, ἐώνημαι. Idem fit in Præterito imperfecto, ἑώρων, videbam: ἐωνούμην, emebam: & consimilibus.

Sic εἴκω, assimilo, conueniens sum: Medium Præteritum facit οἶκα: vnde ἔοικα, similis sum. Accidit hoc & in Aoristis aliorum quoque verborum: ἧκα, ἕηκα, misi: vnde ξυνέηκα, commisi: item intellexi: εἶπα, ἔειπα, dixi: προσέειπα, allocutus sum: ὤσάμην, ἐωσάμην, impuli. sed huiusmodi magis Poëtarum sunt.

Caterùm ε augmentum Atticum, spiritum sortitur Præsentis, ὁράω. ὤρακα, ἑώρακα, vidi: ὠνέομαι, ὤνημαι, ἐώνημαι, emi.

Attici præterea pro incremento λε & με, ponunt ει diphthongum, λήβω, sumo: λέληφα, εἴληφα: μείρομαι, sortior, μέμαρμαι, εἵμαρμαι.

Plus quàm perfecti & prima & tertia Singularis, Atticè per η sine ν, ἐτετύφη ἐγὼ, verberaueram ego: ἐτετύφη ἐκεῖνος, verberauerat ille. vnde ἐκεχήνη, Plus quàm perfectum Medium, à χαίνω, dehisco: & ᾔδη pro ᾔδειν, ab εἴδω, scio.

Tertiam Pluralem ἐτετύφεισαν, Atticus effert per εσαν, elidendo Subiunctiuam: ἐτετύφεσαν. ᾔδεσαν, ἀκηκόεσαν.

Est quandoque hoc tempus contentum incremento Perfecti, τεθεμελίωτο, Plus quàm perfectum Pasiuum, à θεμελιόομαι, fundor, aris.

Atticum

Atticum Plus quàm perfectum temporaliter initio augetur, ἐγήγερκα, congregaui, ἠγηγέρκειν: ὀρώρυχα, fodi, ὠρωρύχειν: ἀκήκοα, audiui, ἠκηκόειν. Excipe ἐληλύκειν & ἐληλύθειν, veneram, ab ἐλήλυκα & ἐλήλυθα, ab ἐλεύθω. At ἔολπα, speraui; ἐώλπειν, ἔοργα, composui; ἐώργειν, ἔοικα, similis sum; ἐῴκειν, augentur secunda syllaba pro ἤλπειν, ἤργειν, ᾔκειν.

Aoristus primus consonantem seruat Futuri, præter quinque: ἔπω, εἶπα, dico: ἐνέγκω, ἤνεγκα, fero: τίθημι, ἔθηκα, pono: δίδωμι, ἔδωκα, do: ἵημι, ἧκα, mitto: duo primi etiam in reliquis Modis vsurpantur, tres vltimi minimè.

Quatuor scribuntur purè: χέω, ἔχεα, vel ἔχευα, fundo: καίω vel κάω, ἔκεα, accendo: σεύω, ἔσσευα, moueo: ἀλεύω, ἤλευα, euito: sublata futuri consonante.

Aoristus secundus dissyllabus, in multis non corripit penultimam, quod in eandem cadat augmentum, ᾄδω, ᾖδον, cano: ἕλκω, εἷλκον, traho: ἕλω, εἷλον, traho: ἕπω, εἶπον, dico: ἔχω, εἶχον, habeo: ἥκω, ἧκον, venio: ἄγω, ἦγον, ago: & Attic ἤγαγον interposito γα. εἴδω, εἶδον, scio. nam ἴδον Poëticum est, ἐλεύθω, ἦλθον, venio: sed est Syncope ab ἤλυθον.

Etiam trissyllabus penultima longa, ἐνέγκω, ἤνεγκον, fero: πέρθω, ἔπραθον, deuasto: δέρκω, ἔδρακον, video: & Metathesi Poëtica, ἔπαρθον, ἔδαρκον, πλήσσω, ἔπληγον, percutio; ad corpus pertinet, ἔπλαγον, perculsi, ad animum.

In sextæ Coniugationis circumflexis, nihil ob penultimam mutabitur, σχέω, ἔσχον, habeo: εὑρέω, εὗρον, inuenio: βλαστέω, ἔβλαστον, germino: δουπέω, ἔδουπον, sono: ὀλισθέω, ὤλισθον, cado.

Tria, λέγω, dico: φλέγω, ardeo: βλέπω, video, nō mutant ε in α: ἔλεγον, ἔφλεγον, ἔβλεπον: At τέμνω, ἔταμον & ἔτεμον, seco.

Tertia Pluralis par primæ Singulari, ἔτυπτον: sed Bœoti in Imperfecto & vtroque Aoristo, hanc personam faciunt syllabis parem primæ Plurali, ἐτύπτομεν, ἐτύπτοσαν: ἐτύψαμεν, ἐτύψασαν: ἐτύπομεν, ἐτύποσαν: vnde sunt illa, εἴδοσαν, nouerunt: ἐμάθοσαν, didicerunt: ἤλθοσαν, venerunt: ab εἶδον, ἔμαθον, ἦλθον.

Futura tria sunt quæ spiritum præsentis non seruant, τρέφω,

θρέψω, nutrio: τρέχω, θρέξω, curro: ἔχω, ἕξω, habeo: ad differentiam Aduerbij ἔξω, extrà.

Quartæ Coniugationis polysyllabum futurum in ίσω, circumflectunt Attici, tollendo ζ: νομίζω, νομίσω, νομιῶ, puto: & Medium βαδίζομαι, βαδίσομαι, βαδιοῦμαι, vado: ἀγωνίζομαι, ἀγωνίσομαι, ἀγωνιοῦμαι, certo.

Barytona quædam habent futurum à circumflexis inusitatis, θέλω, volo: ὀφείλω, debeo: μέλω, curo: αὔξω, augeo: ἕψω, coquo: ἀλέξω, arceo, auxilior: in ήσω, θελήσω, ὀφειλήσω, ab obsoletis, θελέω, θελῶ, &c. Sic etiam βούλομαι, βουλήσομαι, tanquam à βουλέομαι, βουλοῦμαι: Atticorum enim est è circumflexis facere Barytona.

Sic πλέω, nauigo: ῥέω, fluo: χέω, fundo: πνέω, spiro, in εύσω, πλεύσω, &c. itidem κλαίω, κλαύσω, frango: καίω vel κάω, καύσω, vro.

Imperatiui tertiam Pluralem Attici faciunt similem Genitiuo Plurali Participiorum eiusdem temporis, τυπτόντων, τυψάντων, pro τυπτέτωσαν, τυψάτωσαν.

Secundus Aoristus vltimam grauat, τύπε: sed acuuntur tres, ἐλθέ, εὑρέ, εἰπέ, sic Atticè λαβέ, ἰδέ, cum communiter dicant λάβε, ἴδε.

Optatiuo Aeolico non vtuntur Attici nisi in secunda & tertia Singulari, τύψειας, τύψειε, & tertia Plurali τύψειαν.

Subiunctiui secunda & tertia persona, tam Barytonorum, quàm Circumflexorum & Verborum in μι, continet diphthongum impropriam, ἐὰν τύπτῃς, τύπτῃ: ποιῇς, ποιῇ. πθῇς, πθῇ.

Paßiui secunda persona Præsentis & Futuri in ῃ, τύπτῃ, τυφθήσῃ, τυπήσῃ, τετύψῃ. Perfecti autē in σαι: πεποίησαι; vt & Præsentium a Verbis in μι, τίθεμαι, τίθεσαι· quem morem & in Barytonis quibusdam cernimus, φάγομαι, edo: φάγεσαι, pro φάγῃ: & in circumflexis, καυχάομαι ῶμαι, glorior: καυχάεσαι χᾶσαι, pro καυχάῃ καυχᾷ. Et contra quædam à Verbis in μι desinunt in ῃ, more Barytonorum: κάθημαι, sedeo; κάθῃ: ἐπίσταμαι, scio; ἐπίσῃ: δύναμαι, possum; δύνῃ: pro κάθησαι, ἐπίστασαι, δύνασαι. Sic Perfectum μέμνημαι, μέμνῃ, pro μέμνησαι, memini.

Quatuor

Quatuor Attici sunt in ει. βέλομαι, βέλει, volo: οἴομαι, οἴει, puto: ὄψομαι, ὄψει, videbo: ἔσομαι, ἔσει, & facta Crasi, εἶ, sum, es.

Perfectum passiuum à Verbis in νω, per σμαι faciunt Attici: μιαίνω, fœdo, μεμίασμαι: μολύνω, inquino: μεμόλυσμαι.

Verbum μένω, μεμένημαι, vt μεμένηκα, velut à μενέω, maneo.

Dissyllaba primæ & secundæ Coniugationis, quæ Attico Præterito mutant ε in ο, hic repetunt ε: λέγω, dico, λέλοχα. λέλεγμαι: κλέπτω, furor, κέκλοφα, κέκλεμμαι: inuenitur & κέκλαμμαι. Quæ habent ρε cum aliqua consonante, vertunt ε in α: στρέφω, ἔστροφα, ἔστραμμαι verto: sed βρέχω, βέβροχα, βέβρεγμαι, irrigo.

Aoristi primi passiui, ἐῤῥώσθην, valeo, sum potens: & ἐμνήσθην, memini, assumpserunt σ, quum nō sit in præterito, ἔῤῥωται, μέμνηται. Contra ἐσώθην perdit ζ: nam præteritum σέσωσται, à σώζω, seruo.

Cæterùm ἐγνώσθην regulariter fit à Barytono γνόω, μ. γνώσω, nosco: π. ἔγνωκα, ἔγνωσμαι. vnde ἐγνώσθην.

Etiam ἐδυνάσθην, & Atticè ἠδυνάσθην à δυνάζω, valeo, possum. sed ἐδυνήθην, & Atticè ἠδυνήθην à δυνάω, possum: μ. δυνήσω.

Penultima huius temporis eadem cum perfecto: at εὑρέθην, & ἐπῃνέθην per Systolen, ab εὕρημαι, inuentus sum: & ἐπῄνημαι, laudatus sum. Sic composita ab αἱρέω, αἱρῶ, capio: καθῃρέθην, destructus sum: ἀνῃρέθην, ablatus sum: & simplex ἡρέθην à præteritis ἥρημαι, καθῄρημαι, ἀνῄρημαι. Sic ἐῤῥέθην ab ἔῤῥημαι, quod & ἐῤῥήθην. Vnde ῥηθεὶς, dictus.

Illa quæ verterant præterito ε in α, hîc rursus per ε scribuntur: στρέφω, ἔστραμμαι, ἐστρέφθην, verto.

Optatiuorum prima pluralis in ημεν, patitur Syncopen in omnibus Verbis, τυφθείημεν, τυφθεῖμεν: vnde formatur tertia τυφθεῖεν: consimiliter a Verbis in μι, τιθείημεν, τιθεῖμεν, τιθεῖεν: sic εἶεν, essent: pro εἴησαν ab εἴημεν.

Subiunctiui secunda persona Singularis diphthongus est impropria, τύπτῃ, ποιῇ, τιθῇ, similis tertiæ Actiuorum.

Medium præteritū à βλάπτω, lædo: καλύπτω, tego: κρύπτω, abscondo: desinit in βα, βέβλαβα, & cætera: ab antiquis in βω similis βλάβω, &c.

Sic à βάπτω, tingo: θάπτω, sepelio: σκάπτω, fodio: Præteritum in φα, βέβαφα, ab inusitatis βάφω, θάφω, σκάφω. Sic Aoristus secundus, & Futurum secundum, ἔβλαβον, βλαβῶ: ἔβαφον, βαφῶ.

Verbum μίμνω, maneo, facit μέμονα à μένω: fit enim μίμνω per Pleonasmum à μένω: & solent huiusmodi vertere ε in ι: πέτω, πίπτω, cado: τέκω, τίκτω, pario: ῥέπω, ῥίπτω, proÿcio: ἕπω, ἕσπω, dico.

Duo illa, τέτελα, & μέμελα, vnde μέμηλα, fiunt à τελέω, τελῶ: μελέω, μελῶ, quæ Atticè grauantur, τέλω, perficio: μέλω, curo.

Illa, δέδηα & κέκηα à δαίω, diuido, conuiuor, comburo: & κηίω, adoleo, vro: vt φαίνω, πέφηνα, appareo.

Futura secunda Media sunt: ἔδομαι, edam: πίομαι, bibam: φάγομαι, edam, præter morem: circumflecti enim deberent, vt τυποῦμαι.

Contractiones Verborum suprà commemorauimus: verùm & aliter quoque fit Contractio, προέδωκας προὔδωκας, prodidisti: προετίθει προὐτίθει, proponebat: προόπτον προὖπτον, præuisum, certum: πρὸ ἔργου προὔργου, potiùs. Sic & τὸ ἀγαθὸν, τἀγαθὸν, bonum: καὶ ἐγὼ, κἀγὼ, & ego: τὸ ἐναντίον, τοὐναντίον. contrarium: τὸ ὄνομα, τοὔνομα, nomen: τὸ ἱμάτιον, θἱμάτιον, pallium: cuiusmodi Crasis Apostrophi nota signari solet.

Perfecti paßiui penultima breuis, nō semper adsciscit σ, δέω, ligo: δέδεκα, δέδεμαι, vnde ἐδέθην: δράω, facio: δέδρακα, δέδραμαι, vnde δρᾶμα, repræsentatio, actus comœdiarum: ἀρόω, ἤροκα, ἤρομαι, aro: vnde ἀροτὴρ, arator: tamen ὁ δεσμὸς, vinculum; tanquam à δέδεσμαι.

ANOMALA IN MI.

PLVRIMA *fiunt ab ἕω, quod vario spiritu varia significet.*

Verbum Substantiuum εἰμὶ, fit ab ἕω, pro ὑπάρχω, hoc est, sum: reduplicationem non habet; penultima nō η ex ε, ne idem sit cum ἠμὶ, dico: sed additur iota, vt penultima sit longa, & acuitur vltima, cùm dicendum foret εἶμι: nam dissyllaba penultimam circumflectunt,

cumflectunt, vt γνῶμι, nosco: δῦμι, ingredior: κλῦμι, audio.

Indicatiui præsens. Sing εἰμὶ, εἶ, ἐστί. Dual. ἐστὸν, ἐστόν. Plural. ἐσμὲν, ἐστὲ, εἰσί.

Imperfectum, Sing. ἦν, ἦς, ἦν. Dual. ἦτον ἤτην. Plural. ἦμεν, ἦτε, ἦσαν.

Personis in σ Aeoles addunt θα, ἦσθα, ἔφησθα, εἶπησθα.

Plus quàm perfectum Passiuum, ἤμην, ἦσο, ἦτο, &c.

Futurum ἔσομαι, vt τύψομαι, ἔσῃ, ἔσεται, & Syncope ἔσται.

Imperatiui Præsens, Sing ἴσθι, vel ἔσο, ἔστω. Dual. ἔστον, ἔστων. Plur. ἔστε, ἔστωσαν.

Inuenitur ἤτω pro ἔστω, à Barytono ἔω, ἔε, ἐέτω, & Crasi duorum εε in η, dicitur ἤτω.

Optatiui præsens, Sing. εἴην, εἴης, εἴη. Dual. εἴητον, εἰήτην. Plural. εἴημεν, εἴητε, εἴησαν & εἶεν: de qua Syncope suprà dictum est.

Futurum, ἐσοίμην, ἔσοιο, ἔσοιτο, vt τυψοίμην.

Subiunctiui præsens, Sing ἐὰν ὦ, ᾖς, ᾖ. Dual. ἦτον, ἦτον. Plur. ὦμεν, ἦτε, ὦσι.

Infinitiui præsens, εἶναι Futurum, ἔσεσθαι.

Participij præsens, ὁ ὤν, ὄντος, ἡ οὖσα, οὔσης, τὸ ὄν, ὄντος. Futurum, ὁ ἐσόμενος, ἡ ἐσομένη, τὸ ἐσόμενον.

Εἶμι, τὸ πορεύομαι, fit ab ἔω, deinde εἴω, εἶμι, hoc est, eo, vel ibo: nam Futurum εἴσω non est in vsu. De εἶμι quod est eo.

Indicatiui præsens. Sing εἶμι, εἶς, vel εἶ (vnde ἄπει, abis, vel abibis) εἶσι. Dual. ἴτον, ἴτον. Plur. ἴμεν, ἴτε, ἴσι. & Ionicè ἴασι: προσίασι, adeunt: εἰσίασι, ingrediuntur.

Imperfectum, Sing. εἶν, εἶς, εἶ. Dual. ἶτον, ἴτην. Plural. ἶμεν ἶτε, ἶσαν.

Perfectum inusitatum, εἶκα: vnde Plus quàm perfectum, εἴκειν, & Atticè ᾔκειν.

A Perfecto Medio εἶα, fit ᾖα, & solutione ηια, ηιας, ηιε.

Plus quàm perfectum, ᾔειν. tertia Pluralis, ᾔεισαν, & ᾔεσαν. ἀπῄεσαν, redierant: ἐξῄεσαν, exierant.

Ab Aoristo primo εἶσα, fit εἶσαν. & inde ᾖσαν, & ἤισαν.

Aoristus secundus, ἴον, ἴες, ἴε, ab εἴω. Participium, ἰών: alij tria

dicunt Præsentia acuta, ἰών, iens: κιών, vadens: & ἐών, existens, pro ὤν, ab εἰμὶ, sum.

Imperatiuus Singul. ἴθι, ἴτω. Dual ἴτον, ἴτων. Plural. ἴτε, ἴτωσαν: pro ἴθι etiam dicitur εἶ, ab ἔω. Imperat. ἔε, Crasi εἶ, ἔξει, exi: διει, progredere.

Infinitiuus, ἰέναι: etiam ἴῃ: vnde ἀπεῖναι, abire: παρεῖναι accedere: per Metathesin ab ἰέναι, recepto infinitiuo, vnde ἀπιέναι, abire: μετιέναι, aggredi: προσιέναι, adire; ab ἴημι, quod fit ab ἰέω.

De ἵημι quod est mitto. Ἵημι, τὸ πέμπω, hoc est, mitto; fit ab ἔω, per reduplicationem impropriam, coniugandum vt τίθημι. Futurum, ἥσω.

Actiui Indicatiui præsens, Sing. Ἵημι ἵης, ἵησι. Dual ἵετον, ἵετον. Plur. ἵεμεν, ἵετε, ἱεῖσι: Ionicè ἱᾶσι: vnde ἱᾶσι, ἐνιᾶσι, &c.

Imperfectum ἵην, vt ἐτίθην, Perfectum εἷκα, Bœotorum more, pro ἧκα, à futuro ἥσω: vnde εἱκὼς, qui misit: ἀφεικὼς, qui dimisit: ἀφεικέναι, dimisisse.

Aoristus primus, ἧκα, ἧκας, ἧκε, pro ἧσα. Futuri consonantem non seruat: sic ἀφῆκα, dimisi: παρῆκα, reliqui: & ἀνηκάμην, reliqui & relictus sum, Aoristus Medius.

Aorist. secund. Sing ἧν, ἧς, ἧ. Dual. ἕτον, ἕτην. Plural. ἕμεν, ἕτε, ἕσαν: vnde πρόεσαν: mutat penultimam, vt ἔθην & ἔδων.

Imperatiui præsens, ἵεθι, ἱέτω. &c. Aorist. secund ἕς, ἕτω, vt θές. vnde composita πρόες, præmitte: ἄφες, dimitte: κάθες, summitte.

Optatiui præsens, ἱείην. Subiunct. ἐὰν ἱῶ. Infinitiui, ἱέναι. Participij ἱεὶς, omnia vt τίθημι.

Aorist secund. Optat. εἵην. Subiunct. ἐὰν ὧ, ἧς, ἧ, & interdum ἔω, ἔῃς, ἔῃ: deinde εἴω, εἴῃς, εἴῃ, vnde ἀφείω. Infinit. εἶναι penultima diphthongo, vt θεῖναι: vnde composita ἀφεῖναι, καθεῖναι.

Participium εἷς, ἕντος: ἀφεὶς, qui dimisit: καθεὶς, qui submisit.

Paßiui præsens, ἵεμαι. Imperfectum ἱέμην, omnia vt τίθεμαι. Perfect. εἷμαι per ει, vt τέθειμαι. Tertia Plural. εἷνται, missi sunt: ἀφεῖνται, dimissi sunt: ἀνεῖνται, remissi sunt: pro quibus Attici ἀφέωνται, ἀνέωνται, vt ἀφέωκα pro ἀφεῖκα, tollendo Subiunctiuam, & interponendo ω. Aoristus primus ἕθην, à tertia perfecti εἷται, corripiendo penultimam, vt ἐτέθην: dicimus autem εἴθην, ἀφείθην, quod & ἀφέθην, dimissus sum.

Medius

Medius Aoristus primus ἡκάμην: ἀνηκάμην, *remisi*: προσηκάμην, *admisi*, &c.

Aoristi secundi Indicat. ἕμην, ἕσο, & ἕο, & οὗ, ἕτο.

Imperat. ἕσο, & ἕο, & οὗ: *vnde* κάθου, *submittito*: πρόσου, *admittito*, πρόου, *praemittito, emittito.*

Optatiuus εἵμην, εἷο, εἷτο. *Subiunct.* ἐὰν ὦμαι.

Infinitiuus ἕσθαι. *Participium* ἕμενος.

Ἵημαι τὸ ἐπιθυμῶ, *concupisco: vsitatum est in Passiuo praesenti,* ἵεμαι, ἵεσαι, *vt* τίθεμαι: & *Imperfecto* ἱέμην, *à quo compositum* ἐφίεμαι, *desidero*: & ἐφιέμην, *desiderabam.* De ἵημι quod est cōcupisco.

Ἧμαι & κάθημαι, *sedeo; fiunt ab* ἕω, ἑέω, ἕημι, ἕεμαι *Crasi* ἧμαι, ἧσαι, ἧται. *Dual.* ἥμεθον, ἧσθον, ἧσθον. *Plural.* ἥμεθα, ἧσθε, ἧνται. *Sic* κάθημαι, κάθησαι, &c. *Imperfect.* ἥμην, ἧσο, ἧτο: ἐκαθήμην, ἐκάθησο, ἐκάθητο. *Imperatiuus* ἧσο, ἥσθω: κάθησο, καθήσθω. *Etiam* κάθου, *sede*, *à* κάθησο, *Ionicè* κάθεο, & *Systole* κάθεο, *Crasi* κάθου. De ἧμαι quod est sedeo.

Κεῖμαι *iaceo*; *à* κέω, κεέω, κέημι, κέεμαι, & *Crasi* κεῖμαι, κεῖσαι, κεῖται. *Imperfectum* ἐκείμην, ἔκεισο, ἔκειτο. *Futurum Medium* κείσομαι, κείσῃ, κείσεται. *Composita sunt,* ἀνάκειμαι, ἐπίκειμαι, διάκειμαι, *recumbo, adiaceo, dispunor.* De κεῖμαι quod est iaceo.

Ἵστημι, *cognosco, ab* ἰσάω. ἴσημι, ἴσης, ἴσησι. *Tertia Pluralis* ἴσασι, *accentu in antepenultima, vt Particip.* ἰσάς, ἴσαντος, τοῖς ἴσασι, *nō* ἰσάς, ἰσάντος; ἰσᾶσι: *nō enim seruat legem Verborum in* μι, *quae exigit* ἰσάς *acutum.* De ἴσημι quod est cognosco.

Imperfectum ἴσην, ἴσης, ἴση. *Tertia Pluralis* ἴσασαν, *Syncope* ἴσαν.

Imperatiui Sing. ἴσαθι, ἰσάτω. *Dual* ἴσατον, ἰσάτων. *Pluralis* ἴσατε ἰσάτωσαν. *Syncope* ἴσθι, ἴσω: ἴσον, ἴσων: ἴσε, ἴσωσαν *vel* ἴσων. *Sic in praesenti,* ἴσαμεν, ἴσμεν: ἴσατε, ἴστε.

Passiuum ἴσαμαι, *vnde* ἴσαμαι: *compositum*, ἐπίσαμαι, ἐπίσασαι ἐπίσαται. *Imperfectum* ἐπισάμην, ἐπίσασο, *Ionice* ἐπίσαο, *Crasi* ἐπίσω, ἐπίσατο. *Futurum*, ἐπιστήσομαι.

Φημί, *dico*: *à* φάω. *Singular* φημὶ, φῇς *per* ῃ *diphthongum*, φησὶ. *Dual* φατὸν, φατόν. *Plural.* φαμὲν, φατὲ, φασὶ *acuta vltima, licet Participium sit* φὰς, φάντος, τοῖς φᾶσι *per* ᾶ *circumflexum.* De φημὶ quod est dico.

 Imper-

Imperfectum ἔφην *vt* ἵστην. *Aoristus primus* ἔφησα, *ex Futuro* φήσω. *Aoristus secundus*, ἔφην, *in Singulari similis est Imperfecto: quod fit, quoties non est reduplicatio:* τλῆμι, ἔτλην, *tolero:* γνῶμι, ἔγνων, *nosco. In Duali autem* ἔφητον, ἐφήτην: *& Plurali* ἔφημεν, ἔφητε, ἔφησαν, *seruatur longa penultima, quam Imperfectum corripit,* ἔφατον, ἐφάτην, ἔφαμεν, ἔφατε, ἔφασαν.

Infinitiuus φάναι, *acutum* ά, *vt* ἱστάναι *nam* φᾶναι, *per* ᾶ *circumflexum, est Aoristus primus à* φαίνω, *appareo.*

Medius Aoristus secundus, ἐφάμην, ἔφασο, *&c.*

Ἵστη *pro* ἵσταθι, *siste: quandoque Imperatiuus Verborum in* μι, *fit à tertia Imperfecti,* ἐπίμπλη, *implebat,* πίμπλη *imple.*

Τέθνημι, *morior: reduplicatur per* ε *more Ionico, à* θνάω, τέθνημι: *tertia Pluralis,* τεθνᾶσι, *vt* ἱστᾶσι *Imperatiuus est* τέθναθι.

Optatiuus, τεθναίην. *Infinitiuus,* τεθνάναι. *Sic* τέτλημι, *tolero:* τέτλαθι, *tolera:* τετλαίην, *tolerarem: quod &* τλῆμι *à* τλάω.

Ἕστημι *quoque per* ε *reduplicatum, vnde* ἕσταμεν, ἑστᾶσι. *& Optatiuus* ἑσταίην, ἀφεσταίην. *Infinitiuus,* ἑστάναι, ἀφεστάναι, *desistere, insistere, penultima per* ά *acutum.*

INVESTIGATIO
THEMATIS.

VLTRA *Imperfectum non coniugantur finita in* ανω, εινω, ιω, αθω, εθω, υθω, ζω, σκω, χθω, λδω, ιδω: *& alia item plurima vel hoc vel illo tempore carent. Sed quia variant crebrò eiusdem Verbi themata, vt* κύω, κυέω, *concipio:* οἴομαι, οἶμαι *puto:* θνήσκω θείνω, θνέω, θνάω, τέθνημι, *morior: aut à diuersis omnino pendet formatio receptorum temporum, vt* φέρω, οἴω, ἐνέγκω, ἐνέχω, *fero: ideo huiusmodi tempora referemus ad thema proprium, licet inusitatum, vnde regulariter deduci queant: etsi* φέρω *in vsu habetur, non tria reliqua, tamen futurum* οἴσω *ab* οἴω *Aoristi* ἤνεγκα *&* ἤνεγκον, *ab* ἐνέγκω. *Præteritum Medium Atticum* ἐνήνοχα *ab* ἐνέχω. *& ita in cæteris: quæ vero themata versentur in vsu, docebit lectio.*

Ἄγω, *duco, Futurum* ἄξω. *Præteritum* ἦχα, *& Attici* ἀγήοχα

Pleonasmo

Pleonasmo ἄγηοχα. *Aoristus secundus*, ἦγεν, *& Pleonasmo syllabæ* γα, ἤγαγον, *vnde* ἄγαγε, ἀγάγοιμι, ἐὰν ἀγάγω, ἀγαγεῖν. *Participium* ἀγαγών.

Imperatiuus autem ἄξε, *duc:* ἄξετε, *præsentis est temporis. Nam quorundam Futura pro præsenti vsurpantur, vt ab* ἄγω, *duco:* δύω, *ingredior:* οἴω, *fero:* ὄρω, *attollo, concito. Futura* ἄξω, δύσω, οἴσω, *&* ὄρσω, *Aeolicè pro* ὀρῶ, *& vsque ad Imperfectum solum coniugantur. itaque* δύσω, *Imperfectum* ἔδυσον, *Imperfectum Medium*, ἐδυσόμην. οἴσω, *Imperfectum* οἶσον. *Imperatiuus* οἶσε, οἰσέτω. ὄρσω, *Passiuum* ὄρσομαι. *Imperfectum* ὠρσόμην, ὤρσου, *& Ionicè* ὤρσεο: *& Imperatiuus* ὄρσεο. *Sic* ἄξω, *Imperatiuus* ἄξε, ἀξέτω.

Ἄγνυμι, *frango: Præteritum Medium* ἦγα *sumit ab* ἄγω, *&* ἔαγα *pro* ἦγα, *solutione* η *in* εα. *Aoristus primus,* ἦξα *&* ἔαξα. *Aoristus secundus Passiuus,* ἤγην *&* ἐάγην: *sic in composito,* κατέαγα, κατέαξα, κατεάγην.

Desinentium in γνυω *aut* γνυμι, *tempora formabis à finitis in* γω, ἄγνυμι *tanquam* ἄγω *sic* ζεύγνυμι, *iungo:* μιγνύω, *misceo:* ὀμοργνύω, *abstergo:* πηγνύω *figo* ῥηγνύω, *rumpo.*

Ἅδω, *placeo: Præter. Med.* ἧδα, *& solutione* ἕαδα. *Participium* ἑαδώς, *vt* ἐάγην *pro* ἤγην, *fractus sum.* ἑάλων *pro* ἥλων, *captus sum, & similia.*

Αἰσθάνομαι, *sentio. Futurum Medium,* αἰσθήσομαι: *Præteritum passiuum* ᾔσθημαι. *Infinitiuus* ᾐσθῆσθαι. *Aoristus secundus Medius* ᾐσθόμην *ab* αἴσθομαι.

Ex ανω *&* ανομαι *deduces tempora, vt ex* εω *&* εομαι: ἁμαρτάνω *vt* ἁμαρτέω, *pecco: sic* ἀπεχθάνομαι, *sum odio:* αὐξάνω, *cresco:* βλαστάνω, *germino.* καταδαρθάνω, *dormio: vt* ἀπεχθέομαι, αὐξέω, *&c.*

Ἁλίσκομαι, *capior. Futurum,* ἁλώσομαι. *Præteritum* ἥλωκα, *&* ἑάλωκα. *Passiuum* ἑάλωμαι: *vnde Verbalia* ἅλωσις, *captiuitas:* ἁλωτὸς, *captiuus, ab* ἁλόω. *Aoristus secundus* ἥλων, ἑάλων. *Infinitiuus* ἁλῶναι. *Participium* ἁλοὺς, ἁλόντος *ab* ἅλωμι. *Quæ sunt omnia vocis Actiuæ, sed significationis Passiuæ: id quod frequentissimum est in compositis Verbi* ἵστημι: *vt* καθεστῶτα, *constituta.*

Compositum ἀναλίσκω, consumo: valde variat in augmento Præteriti: dicitur enim ἀνάλωκα sine augmēto, & ἀνάλωται: etiam ἀνήλωκα, ἠνάλωκα: ἠνήλωται, ἠνάλωται. Atque hæc incrementorum diuersitas in multis præterea contingit.

Ἐγγυάομαι, *despondeo, promitto. Imperfectum* ἠγγυᾶτο. *Perfect.* ἐγγεγύηκε. Ἐγχυράζομαι, *oppignoro. Perfect.* ἐγκεχυρασμένον, *&* ἠνεχυρασμένον, *quod tamen fieri poßit ab* ἐνεχυράζομαι *vtrumque enim inuenitur.* Ἐγγυάω, *do fidem:* ἐνεγγύησε, ἐνεγγυησάμην, ἤγγύησε. *sed* ἐγγυᾶτο *&* παρεγγύησε, *fideiussit, spopondit; sine augmento.* Βλακεύομαι, *torpeo:* ἐβλάκευμαι *&* βεβλάκευμαι, *torpore dissolutus sum: & composita à* λέγω, *per* λε *aut* ει, συνειλεγμένοι *&* συλλελεγμένοι, *collecti.* Διαιτέω, *iudico, vt arbiter:* δεδιῃτημένος, *vt* ἠνώχλησε, *turbauit, per duplex augmentum.* Ἀμπέχομαι, ἠμπεχόμην, *induor, circundo.* Ἠνέχετο, *&* ἠνείχετο, *sustinebat.* Παροινέω, πεπαρῴνηται, *debacchor.* Ἐπιδημῶ, ἐπιδεδήμηκα, *peregrinor.* Ἐπιορκῶ, ἐπιώρκηκα, *peiero.* Ἐπιστατῶ, ἐπεστάτηκα, *præsum.* Ἐμπολῶ, ἐμπεπόληκα, *&* ἠμπόλησε, *vendo, lucror.* Κτάομαι, κέκτημαι, *&* ἔκτημαι, *poßideo: & plurima item alia, generales canones augmenti non exactè seruauerunt: de quibus copiosè Budæus in Comment. linguæ Græcæ.*

Ἀμφιέννυμι *&* ἀμφιέμαι, *induo. Futurum* ἀμφιέσω. *Præteritum Paßiuum* ἠμφίεσμαι *ab* ἀμφιέω. *Siquidem* ννυω *&* ννυμι *habenda sunt vt* ω, *quæcunque præcedat vocalis* ζωννύω, *cingo:* κεραννύω, *misceo:* κορεννύω, *saturo:* πεταννύω, *extendo:* ῥώννυμι, *valeo.* στρώννυμι, *sterno:* στορεννύω, *sterno, sopio:* χωννύω, *obruo aggere: tanquam* ζόω, *&c.*

Ἀνοίγω, *aperio. Futur.* ἀνοίξω. *Aoristus prim. Atticè* ἀνέῳξα. *Præter. Med.* ἀνέῳγα. *Præterit. paß.* ἀνέῳγμαι. *Particip.* ἀνεῳγμένος *Aoristus primus paß* ἀνεῴχθην.

Ἀπολλύω *&* ἀπόλλυμι, *perdo, pereo, destruo. Futur* ἀπολῶ. *Præteritum Medium Atticum* ἀπόλωλα, *ab* ἀπόλλω. *Futur.* ἀπολέσω. *Præteritum* ἀπώλεκα, ἀπολώλεκα, *ab* ἀπολέω.

Ἀπέσκληκα, *indurui:* ἀπεσκληκὼς, *tabidus:* ἀπεσκληκέναι, *obriguisse: perfecta sunt ab inusitato* ἀποσκλάω. *Optatiuus* ἀποσκλαίην *ab* ἀπόσκλημι.

Ἀρέσκω, placeo. Futur. ἀρέσω ab ἀρέω. nam σκω & σκομαι, tanquam ω & ομαι: βρώσκω, comedo: γηράσκω, senesco: ἱλάσκομαι, placo: vt βρώω, γηράω, ἱλάομαι.

Αὔξω, augeo. Futur. αὐξήσω ab αὐξέω. Innumera Barytona facta sunt à circumflexis, temporaq́; fiunt à circumflexis, ἀλέξω, arceo, iuuo: ἄχθομαι, indignor: βούλομαι, volo: θέλω, volo: μάχομαι, pugno: μέλομαι, curo: μένω, maneo: οἴχομαι, discedo, pereo: οἴομαι, puto: ὀφείλω, debeo, tanquam ἀλεξέω, ἀλέξω: ἀχθέομαι, ἄχθομαι, &c.

Ἀπόχρη, sufficit. Imperf. ἀπέχρη. Futur. ἀποχρήσει. Aoristus primus, ἀπέχρησε, ab ἀποχρέω: vide χρή.

Ἀφίει, dimittebat. Imperfectum à circumflexo, pro ἀφίη ab ἀφίημι, dimitto: vt ἐτίθει pro ἐτίθη, pag. 63. Atticè augetur ἀφίει, ἠφίει, vt ἠφείθη ab ἀφείθη, dimissus est.

Ἄφυκτος, ineuitabilis: à φεύγω, fugio: tertia persona Præteriti Passiui πέφυκται: verbale φυκτὸς: vnde ἄφυκτος, & ablata præpositiua ἄφυκτος, vt τέτυκται pro τέτυκται, paratus & structus est; à τεύχω, paro, fabrico.

Βαίνω, vado. Futurum, βήσομαι, à βάω. Aorist. secund. ἔβην à βῆμι sic καταβαίνω, κατέβην, descendo. Imperat. κατάβαθι vt ἀνάβαθι, ascende: per α Atticè, pro κατάβηθι, ἀνάβηθι, vt etiam φάθι, dic: & σύμφαθι, consitere. per Apocopen autem κατάβα, ἀνάβα, vt ἀνάστα pro ἀνάστηθι, exsurge.

Βάλλω, mitto: Perfect. βέβληκα à βλέω, vt ἀπέσκληκα, obrigui: non à simplici σκέλλω, sicco: sed σκλάω.

Βιόω, viuo: Futur βιώσομαι, tertia Præteriti Passiui βεβίωται, victum est; vita peracta est; tanquam Impersonale & Participium βεβιωμένα, quæ in vita peracta sunt. Aoristus secundus ἐβίων Imperatiuo βιῶθι, βιώτω. Optatiuus, βιοίην; vt δοίην: vnde βιῴην, vt δῴην. Infinitiuus βιῶναι. Participium βιοὺς, βιόντος, à βίωμι.

Γαμέω, duco vxorem. Futur. γαμήσω. Aoristus primus, ἔγημα, à γάμω Præsens. γαμησείω, nupturio: nam quædam in σειω appetentiam actus significant. ac partim fiunt à Futuro, πολεμήσω πολεμησείω, bellaturio: ὄψω, ὀψείω, cernere cupio: βρώσω, βρωσείω, esurio:

esurio: partim à Præsenti, κρατῶ, κρατείω, teneo, vinco: κιχρῶ, κιχρείω, commodo: τελῶ, τελείω, perficio: & alia consimili ratione.

Γίνομαι & γίγνομαι, fio, sum. Futur. γενήσομαι. Præteritum γεγένημαι: Aorist prim. Med. ἐγενησάμην: secundus, ἐγενόμην, à γένομαι. præteritum Medium, γέγονα à γείνω. Aoristus prim. Medius, ἐγεινάμην Futurum primum Medium, γενοῦμαι à γένομαι: dicitur etiam γεννάω per geminum νν, vnde Aoristus primus ἐγέννησα: Medius ἐγεννησάμην: tertia persona ἐγεννήσατο, Syncope ἐγένατο, pro qua γένατο more Ionum, qui augmēta respuunt, vt etiam γείνατο pro ἐγείνατο, ab ἐγεινάμην,

Γινώσκω, cognosco. Futurum γνώσομαι. Præteritum ἔγνωκα à γνόω. Aoristus secundus ἔγνων Imperatiuus γνῶθι. Infinit. γνῶναι. Participium γνοὺς à γνῶμι. sic ἀναγινώσκω, lego: ἀνέγνωκα, ἀνέγνων, &c.

Δάκνω, mordeo. Futurum δήξω. Aoristus secundus ἔδακον à δήκω.

Δεικνύω, & δείκνυμι, ostendo. Futur. δείξω. Aorist. ἔδειξα à δείκω. sic ἀποδείκνυμι, demonstro: ἐπιδείκνυμι, expono, demonstro: ὑποδείκνυμι, subindico, subdemonstro.

Δέω, ligo: Futurum δέσω & δήσω. Præteritum passiuum δέδεμαι. Aoristus primus ἐδέθην.

Δέομαι, rogo, indigeo. Futurum δεήσομαι. Præteritum δεδέημαι. Aoristus primus ἐδεήθην, à δεέομαι.

Δεῖ, oportet. Infinit. δεῖν, vtrumque à δέω. Futurum δεήσει. Aoristus primus ἐδέησε à δεέω, sunt autem impersonalia vocis Actiuæ tertia personæ.

Δείδω, timeo. Præterit. δέδοικα. Med. δέδοικα, pro δέδοιδα Euphoniæ gratia: at Ionicè δέδια, tollendo consonantem, & corripiendo penultimam. Imperatiuus δέδιθι, time. nam δεδίσσομαι, territo, siue territor, attonitus sum. Futurum δεδίξομαι. Aoristus secundus Passiuus ἐδεδίγην. Imperatiuus δεδίγηθι, Syncope δέδιθι; pro quo etiam δείδιθι, à δειδίσσομαι, timeo: crebrò enim additur Subiunctiua, vt fiat diphthongus: vt contrà altera è diphthongo tollitur, εἷμα, εἵματος, vestis: ἱμάτιον, pallium. Syncope verò in multis locum habet.

Ἀνώγηθι, iube: ἄνωχθι ab ἀνώγημι, iubeo: & migrat γ in χ, propter θ sequens: vt νύχθ' ὅλην, pro νύκτα ὅλην. Sic κεκράγηθι, κέκραχθι, à κεκράγομαι, clamo: ὠνησάμην, ὠνάμην, emolumentum accepi, adiutus sum: nam Aoristus primus Med. facilè admittit hanc figuram per omnes Modos & Participia: ὠνησαίμην, ὠναίμην: εὑρησάμην, εὑράμην, inueni: εὑράμενος, inueniens: ἐπριασάμην, ἐπριάμην, emi: secunda persona, ἐπρίασο, Ionicè ἐπρίαο, & Crasi ἐπρίω: & Imperatiuus πρίω, eme: vt ἵστω, pro ἵστασο, astabas vel asta: ἐφύσατο, ἔφυτο, Ionicum pro ἐφύσατο, natus est. & Optatiui Plurales in ημεν, φαίημεν, σταῖμεν, δοῖμεν, de quibus infrà, vt θείημεν, θεῖμεν, δοῖμεν, & tertia Pluralis in Aoristis Paßiuis ἠγέρθησαν, ἤγερθεν, congregati, vel excitati sunt: κοσμήθησαν κόσμηθεν, ornati sunt. Iam illa, δεδέμηκα, δέδμηκα, ædificaui: τετμήκα, τέτμηκα, scidi: κεκάμηκα, κέκμηκα, laboraui, & consimilia, præter hæc, ἤειμεν, ἦμεν, iueramus. ἐπεξῄειμεν, erupèramus: προσῄειμεν, accesseramus. ἤειτε, ἦτε, ἐξῆτε, ἀφήκαμεν, ἀφεῖμεν, ἀπῆμεν: ἀνήκαμεν, ἀνεῖμεν: etiam ista, ᾔδειμεν, ᾖσμεν, ᾔδειτε, ᾖστε, ᾔδεισαν, ᾖσαν eliso ει, & mutato δ in σ: vt contrà ἴδμεν pro ἴσμεν, scimus: ἕστησαν, ἕσταν, steterunt: ἕστασαν per ἃ ab ἑστάκεισαν. at ἔστασαν per ε, pro ἔστησαν: vt ἀνάβαθι pro ἀνάβηθι, ascende, α pro η. ἐστήκατε, ἕστατε, permansistis: ἀφέστατε, discessistis. ἐλούομεν, ἐλοῦμεν lauabamus: ἐοίκαμεν, ἔοιγμεν, videmur: δεδοίκαμεν, δέδιμεν, timemus. sed de Syncope satis multa sunt enumerata.

Διδάσκω, doceo. Futur. διδάξω. Aorist. ἐδίδαξα à διδάχω.

Διδράσκω, fugio. Futur. διδράσω à διδράω. Sic ἀποδιδράσκω, διαδιδράσκω. Aoristus primus, διέδραν, ἀπέδραν, fugi: pro διέδρην, ἀπέδρην, ab ἀποδρημι, aufugio: διάδρημι, diffugio. sed α pro η, vt ἕστασαν pro ἔστησαν. Participium, ἀποδράς, ἀποδράντος. At ἀπέδραν, διέδραν, fugerunt: Syncope, pro ἀπέδρησαν, διέδρησαν. Infinitiui δράναι, Præsens.

Ἐγ᾽ ᾦδα, pro ἐγὼ οἶδα, ego noui: vt ἐγ᾽ ᾦμαι, pro ἐγὼ οἶμαι, ego puto, per Crasim.

Ἔδω, edo: Præter. Atticum ἔδηκα, & Pleonasm. ἐδήδοκα. Præteritum Medium ἔδηδα. Futurum secundum Medium, ἔδομαι pro ἐδοῦμαι, vt φάγομαι, πίομαι, edam, bibam.

Εἴδω

Εἰδῶ, scio. Futurum εἴσομαι, vel ἴσομαι, remoto ε. Præteritum Medium οἶδα. sed Futurum εἰδήσω ab εἰδέω. Præteritum εἴδηκα. Plus quàm perfectum εἰδήκειν. Syncope εἶδα, εἴδειν. Infinitiuus εἰδέναι. Participium εἰδώς. Plus quàm perfectum εἴδειν. Atticè ᾔδειν, ει in η. Aoristus secundus εἶδον, noui. Poëticè, ἴδον, vidi, sine ε, id quod in reliquis perdurat, ἴδε, ἴδοιμι, ἐὰν ἴδω, ἰδεῖν. Participium ἰδών. Optatiui præsens εἰδείην ab εἴδημι.

Εἰπὸν, pro εἰπὲ Aorist. secun Syracusio more ον pro ε: at εἶπον, εἰπάτω. Aoristus primus vt τύψον.

Ἐκέκραξα, clamaui: Aoristus primus à κεκράγω. quandoque Præteritum fit Præsens, à κράζω. Præteritum Medium κέκραγα, inde κεκράγω. Futurum κεκράξω. Aorist. ἐκέκραξα. Ἀπείθω, persuadeo, confido. Præteritum Medium πέποιθα. vnde circumflexum πεποιθέω θῶ, confido: à quo Verbale πεποίθησις, confidentia, fiducia.

Γρηγορέω, vigilo: Præteritum Medium ἐγρήγορα: vnde Præsens ἐγρηγορῶ.

Ἔρομαι, interrogo: Futurum ἐρήσομαι ab ἐρέομαι. Aorist. secun. Medius ἠρόμην: nam εἰρόμην. fit ab εἴρομαι.

Εὑρίσκω, inuenio: Futurum εὑρήσω ab εὑρέω. Aoristus primus Passiuus εὑρέθην.

Ἔχω, habeo: Futurum ἕξω per ε aspiratum. Præteritum ἔσχηκα. Aoristus secund. ἔσχον à σχέω. Imperatiuus σχές, ἐπίσχες, expecta, differ: πρόσχες, intende, præoccupa, à σχῆμι, vt σπές, dic, vel sequere, à σπῆμι: φρές, fer, à φρῆμι, ad morem: θές à τίθημι. Aoristus secundus Medius ἐσχόμην, ἀνεσχόμην, toleraui. Imperatiuus σχοῦ ἀποσχοῦ, abstine. At ἰσχόμην, me reprimebam seu repressi: ab ἴσχω, habeo, teneo. Verbale ἄσχετος à σχῆμι. Præteritum Passiuum ἔσχημαι, tertia persona ἔσχεται, σχετὸς, ἄσχετος: sic Verbale σχέσις, habitus, ob eodem. Aoristus primus Passiuus ἐσχέθην similiter ab ἔσχεται sic illi Aoristi quos notauimus pag. 83. ἀφέθην, ἠρέθην, ἐπηνέθην, ἐρρέθην, regulariter deduci possunt à Passiuo perfecto Verborum in μι. In summa, Verbalia quæ longam habent vocalem, proficiscuntur à circumflexorum præterito: contrà, quæ breuem, à Verbo in μι: nam huius præteritum Passiuum

Paßiuum penultimam breuiat, vt σχῆμα, figura, forma; ab ἔσχημαι: σχέσις, habit⁹, ab ἔσχημαι: ἅλωσις, captiuitas: ἁλωτὸς, captiuus; ab ἥλωμαι, captus sum: δόσις, datio: à δέδομαι, & ita in cæteris.

Ἕω, induo vel sedeo: augetur per ει. Præteritum Paß. εἷμαι, Plus quàm perfectum εἵμην. Participium εἱμένος. Aorist. primus εἷσα. Participium ἕσας. Verbale εἷμα, εἵματος, vestis; augmentum seruat. vnde ἱμάτιον, vestimentum; ablato ε: sic ἰσέον ab εἴδω, scio: ἰτέον, eundum; ab εἶμι.

Ἦν δ' ἐγὼ, inquam autem ego: ἦ δ' ὃς, inquit autem ille: dicta sunt per Aphæresim à φημὶ, pro quo ἐμὶ: ἔφην, ἔφης, ἔφη, & φῆν, φῆς, φῆ, vnde ἦν, ἦς, ἦ.

Ἦσθα, pro ἦς, eras, pag 85.

Ἥσθην, lætatus sum: & Optatiuus ἡσθείην Aoristus primus ab ἥδομαι, lætor.

Θάπτω, sepelio. Futurum θάψω, Aoristus primus ἔθαψα. Aoristus secundus Paß. ἐτάφην à τάφω.

Θέλω, volo: vel ἐθέλω, tempora sumit à θελέω, vel ἐθελέω. Sunt autem plurima tum Verba, tum Nomina διπλολογούμενα, hoc est, quæ dupliciter dici possunt: ὀρὸς, & ὀῤῥὸς, serum lactis, ἄτροφος, ἀτροφὴς, non alens: σταφὶς, ἀσταφὶς, vua passa: μικρὸς, σμικρὸς, paruus: σπαίρω, ἀσπαίρω, trepido: ἀθηνῶ, ἀθενῶ, abundo: θρυλῶ, θρυλλῶ, diuulgo: ναυαγῶ, ναυηγῶ, naufragor, naufragium facio: στήκω, ἑστήκω, permaneo: ἀλινδοῦμαι, καλινδοῦμαι, verto, versor. Multa præterea sunt vel Barytona vel Circūfl. x.: ῥίπτω, ῥιπτέω, proÿcio: κύω, κυέω, vterum fero: ἕλκω, ἑλκέω, traho: εἴδω, εἰδέω, scio: δόκω, vnde δόξω & δοκέω, puto, censeo: τρύχω, & τρυχόω, vexo: vnde τετρυχωμένος, extenuatus. Alia & Barytona & Circumflexa & in μι: εἴδω, εἰδέω, εἴδημι, scio: alia in diuersis Coniugationibus, δυνάω, δυνάζω, possum: quorum omnium varietas legendis auctoribus est obseruanda.

Θνήσκω, morior. Futurum θανοῦμαι. Aoristus secund. ἔθανον, à θάνω Præteritum τέθνηκα, à θνάω: & Ionicè τέθνεα. vt βέβηκα. βέβαα, iui. Imperat. τέθναθι Optatiuus τεθναίην Infinitiuus τεθνάναι. Particip. τεθνὰς, à τέθνημι Præsenti, quod reduplicatur per ε: vnde fit τεθνᾶσι tertia Pluralis, vt ἱστᾶσι: quanquam potest

τεθνᾶσι

τεθνᾶσι Præteritum esse pro τεθνάασι per Crasim, vt etiam Infinitiuus τεθνάναι per ᾶ circumflexum. pro τεθναέναι. Participium autem τεθνεὼς, à θνέω, τέθνημι Præterit. Bœoticum τέθνηκα per ει, & Ionicè τέθνεα, τεθνεὼς, & ablato iota τεθνεὼς, pro quo Poëtæ τεθνηὼς, mortuus.

Ἴδμεν, pro ἴσμεν, scimus: more Dorico, vt ὀσμὴ, ὀδμὴ, odor, olfactus.

Ἱκνοῦμαι, peruenio. Futurum ἵξομαι. Aoristus secundus Medius ἱκόμην, ab ἵκομαι. Sic ἀφικνοῦμαι, venio, peruenio. Præteritum passiuum ἀφῖγμαι. Aorist. secundus Medius ἀφικόμην.

Ἵπταμαι, volo, as. Futurum πτήσομαι. Aorist. secundus ἐπτόμην Med. ἐπτάμην. Participium πτάμενος, ἀποπτάμενος, euolans. Infinitiuus πτάσθαι, & α verso in ε dicitur πτέσθαι, ἀποπτέσθαι, deuolasse: quanquam sunt quædam vel primæ vel secundæ Coniugationis, vt τέθνημι, à θνέω, vel θνάω, morior: ita fuerit πτάσθαι, a πτάω, ἵπτημι. at πτέσθαι à πτέω, ἵπτημι: sic composita ἀφίπταμαι, euolo: καθίπταμαι, deuolo. Præteritum Passiuum πέπταμαι, vel ab ἵπτημι, vel à πτῆμι: multa enim nunc reduplicatione sunt affecta, nunc carent: πτῆμι, ἵπτημι: τλῆμι, τέτλημι, tolero & consimilia.

Ἱστέον, sciendum, ab εἴδω, scio. Præteritum passiuum εἶσμαι, εἶσαι, εἶσται, Verbale εἰστέον: at ἱστέον dicitur reiecto ε, vt ἱμάτιον, vestimentum, sine diphthongo, quum tamen fiat ab εἷμα, εἵματος vestis.

Ἰτέον, eundum: & Pleonasmo ἰτητέον ab εἶμι, vado. Præteritum Actiuum esset εἶκα, Passiuum εἶμαι, εἶσαι, εἶται: vnde εἰτέον & ε sublato, ἰτέον, vt fit in ἱστέον & ἰσὸς. Contra fit in θέμα, θέσις, positio: ἄφεσις, remissio: & huiusmodi: siquidem factum est θέμα à Præterito Passiuo, τέθειμαι: vnde regulariter deduceretur θεῖμα. sed dicitur θέμα, reiecta subiunctiua: aut habenda est ratio legitimi Præteriti Pass neglectis Bœotis, quo modo diceretur τίθημι. Perfectum τέθηκα. Passiuum τέθεμαι corripiendo penultimam: vnde θέμα. θέσις: & ἵημι, mitto. Perfectum ἧκα. Passiuum ἕμαι, ἄφεμαι, dimissus sum: vnde ἄφεσις: & ita in cæteris.

Καθέζομαι, sedeo: Futur. secund. Med. καθεδοῦμαι: cur autem per δ scribatur, suprà dictum est pag. 36.

Κα-

Κάθημαι, sedeo: Futur. καθήσομαι: de hoc pag. 87. vers. 11.

Λαγχάνω, sortior: λαμβάνω, sumo: λανθάνω, lateo, & μανθάνω, disco: tempora sumunt à λήχω, λήβω, λήθω, & μαθέω.

Οἴομαι, puto: & Syncope οἶμαι. Imperf. ᾤμην. Futur. οἰήσομαι. Aoristus ᾠήθην, ab οἰέομαι.

Οἶδα, novi; ab εἴδω, scio. Præterit. Medium οἶδα: secunda persona οἶδας, & Aeolicè οἴδασθα: deinde per Syncopen οἶσθα. Est autem Pleonasmus θα familiaris personæ in σ, οἶσθα, ἦσθα, παρῆσθα, ἔφησθα, ἐπεξήεισθα, τίθησθα, ἤδεισθα, vel ἤδησθα per η.

Οἷός τε, pro οἷος, qualis, potens, possibilis: vt ἐφ' ᾧ τε, pro ἐφ' ᾧ: nam Ionicè abundat particula τε.

Ὀμνύω, & ὄμνυμι, iuro. Futurum ὀμόσω ab ὀμόω. Præteritum Atticum ὀμώμοκα.

Οὐθὲν pro οὐδὲν, nihil, nullum, Doricum est, vt ἐξουθενῶ pro ἐξουδενῶ, pro nihilo habeo, sperno.

Ὀφείλω, debeo. Futurum ὀφειλήσω ab ὀφειλέω. Syncope autem ὄφλω. Futurum ὀφλήσω. Præterit. ὤφληκα. Aoristus prim. ὤφλησα. Aoristus secundus, ὦφλον.

Πάσχω, patior. Futurum πείσομαι patiar: pro πήσομαι, η in ει, à πήθω: at πείσομαι parebo aut credam, à πείθομαι. Aoristus secundus, ἔπαθον à πάθω. Præteritum Medium πέπονθα à πονέω, laboro: vnde Præteritum Actiuum πεπόνηκα. Medium πέπονα & Pleonasmo litteræ θ, πέπονθα. Participium πεπονθώς, πεπονθότος.

Πίπτω, cado. Futur. πεσοῦμαι, Doricè vsitatum est pro πέσομαι à πέσω. Dores enim futura circumflectunt in omni Coniugatione, pro πέσω dicentes πεσῶ: vnde Futur. Med. πεσοῦμαι. Præterit. πέπτωκα à πτόω. Aorist. primus, ἔπεσα. Aorist. secun. ἔπεσον, à πέσω. At ἔπεσαν tertia Pluralis est Aoristi primi, pro ἐπέσασαν per Syncopen, vt ἔστασαν ἔσαν steterunt.

Πίνω, bibo. Futurum πίσω. Præteritum πέπωκα: à πόω. Aoristus secundus ἔπιον, à πίω. Imperatiuus πῖθι: nam legitimum πίε adsciscit Pleonasmum syllabæ θι, πίεθι: deinde Crasi ιε in ι longum, fit πῖθι. Futurum secundum Medium πίομαι pro πιοῦμαι, vt φάγομαι & ἔδομαι, edam.

Πυνθάνομαι, interrogo: Futurum πεύσομαι: Aoristus secundus Medius ἐπυθόμην, à πύθομαι: Præteritum Paßiuum πέπυσμαι, pro πέπευσμαι: vt etiam ἄφυκτος, pro ἄφευκτος, ineuitabilis, elidendo ε ex diphthongo.

Πράττω, facio. Futur. πράξω. Preterit. πέπραχα: sed πράττω, vendo. Futur. πράσω. Præterit. πέπρακα. Sunt verò in quarta Coniugatione, quæ eadem significatione tamen duplex habent futurum, ἁρπάζω, rapio: βαστάζω, porto: νυστάζω, dormito: παίζω, ludo: σαλπίζω, buccino: ξω & σω.

Ῥέω, fluo. Futur. ῥεύσω, & ῥυήσω, à ῥυέω. Præteritum ἐῤῥύηκα. Aoristus secundus Actiuus ἐῤῥύην, à ῥύημι: aut secundus Paßiuus à ῥυέω, etiamsi ῥυῶ circumflexum desinit in ῶ purum. Composita sunt ἐπιῤῥέω, influo: διαῤῥέω, diffluo; per geminum ρρ: nam vt ε augmentum syllabicum duplicat ρ, ita & præpositio finita in vocalem. ῥῆμα, Verbum: ἐπίῤῥημα, Aduerbium: ῥήγνυμι, rumpo: καταῤῥήγνυμι, dirumpo: ῥῆξαι, περιῤῥῆξαι, circumscidisse: proinde καταῤῥάκτης, cataracta, fit à Verbo ῥάσσω, tundo: καταῤῥάσσω, collido: sed καταράκτης (nam vtrumque inuenitur) venit ab ἀράσσω, tundo: καταῤῥάσσω, collido; per vnum ρ, pro quo & ἀράσσω dicitur: vnde συναῤῥάσσω, confringo. nam σῤῥάσσω, à ῥάσσω.

Ῥηγνύω, & ῥήγνυμι, rumpo. Futurum ῥήξω, à ῥήγω. Aorist. secund. Paß. ἐῤῥάγην, rupi: Præter. Med. ἔῤῥωγα, pro ἔῤῥηγα: siquidem hoc Verbum pro η capit sæpè ω: sic διέῤῥωγα, dirupi: διεῤῥωγὼς, dirutus: vt etiam dicitur ἀρωγὸς, pro ἀρηγὸς, defensor.

Ῥωννύω, & ῥώννυμι, valeo. Futur. ῥώσω, à ῥόω. Præterit. Actiuum ἔῤῥωκα. Paßiuum ἔῤῥωμαι. Plus quàm perfectum ἐῤῥώμην. Imperat. ἔῤῥωσο, ἐῤῥώσθω, vale, valeat. Infinit. ἐῤῥῶσθαι.

Σβεννύω, σβέννυμι, exstinguo Futurum σβέσω, & σβήσομαι, à σβέω. Aorist. secund. ἔσβην, à σβῆμι: aut est Aorist. secun Paß. à σβέω. secundus Aorist. Actiuus ἔσβον. Paßiuus ἔσβην.

Σεύω, eo, fugo, concito. Aorist. prim. ἔσσευα per α purum. Aoristus Paßiuus ἐσύθην, pro ἐσεύθην.

Σπένδω, libo. Futur. σπείσω, à σπείδω, quandoque Aolicè pro subiunctiua vocali consonans, σπείρω, σπέῤῥω, semino: γείνατο, γέννατο, natus est.

Σωί-

Συνίημι, intelligo. Aorist. prim. συνῆκα & Atticè ἐσυνῆκα, per geminum augmentum, vt ἠνώχλουν, turbabam: & similia. Aoristus secundus συνῶ. Imperatiuus συνές. Particip. συνείς: Atticè autem ξυνίημι, ξυνῆκα, ξυνῶ, ξυνές, ξυνείς, vt pleraque alia communiter per συν efferuntur: Atticè per ξυν, σύνοικος, ξύνοικος, contubernalis.

Συῤῥήγνυσθαι, confringi: compositum à συν & ῥήγνυσθαι. Quomodo verò se habeat συν in compositis, docere possunt subiecta exempla: βαίνω vado; συμβαίνω, contingo: γράφω, scribo; συγγράφω, conscribo: ζάω, viuo; συζάω, conuiuo: κάμνω, laboro; συγκάμνω, simul laboro: λέγω, dico, & lego, id est, colligo; συλλέγω, colligo: μανθάνω, disco; συμμανθάνω, condisco: παίζω, ludo; συμπαίζω, colludo: ῥέω, fluo, συῤῥέω, confluo: σείω, quatio; συσσείω, concutio: στέλλω, mitto, traho; συστέλλω, contraho: φημὶ, dico; σύμφημι, consentio, comprobo: χέω, fundo, συγχέω, confundo: ψηφίζω, συμψηφίζω, computo. Idem iudicium de mutatione ν in Prępositione ἐν, βαίνω, ἐμβαίνω, ingredior: γράφω, ἐγγράφω, inscribo, &c. nisi quòd ante σ non mutatur ν. σείω, ἐνσείω, incutio: σημαίνω, significo: ἐνσημαίνω, insignio, significo.

Τέμνω, seco. Futur. τμήξω. à τμήγω. Aorist. secund. ἔταμον, vel ἔτεμον. Particip. ταμὼν, vel τεμών.

Τίκτω, pario. Futur. τέξω à τέκω Prǣterit. Med. τέτοκα. Aoristus secund. ἔτεκον. per ε: nam secundo Aoristo verti ε in α, id fermè fit prǣsente aliqua immutabili, δέρω, ἔδαρον, excorio: πλέκω, ἔπλακον, plico.

Τιτρώσκω, vulnero. Fut. τρώσω, à τρώω Sępè Barytona quoque habent reduplicationem. δράω, διδράσκω, fugio: μνέω, μιμνήσκω, in memoriam reuoco.

Τρέχω. Curro. Futur. θρέξω, per θ. Prǣteritum Med. δέδρομα, à δρομέω. Aorist. secund. ἔδραμον, à δρέμω Futurum secund. Medium δραμοῦμαι.

Τρώγω. comedo. Aorist. secund. ἔτραγον à τράγω. Futurum secundum Medium φάγομαι, pro φαγοῦμαι: vt ἔδομαι, & πίομαι, edam, bibam.

Τυγχάνω, *sum, sortior, nanciscor.* Futur. τεύξομαι, ἀ τεύχω. *Aoristus secundus* ἔτυχον. *Præteritum* τετύχηκα, ἀ τυχέω: *at* τέτυκται *tertia Præteriti Paßiui, pro* τέτευκται, ἀ τεύχω, *vide in* ἄφυκτος, *ineuitabilis.*

Ὑπισχνοῦμαι, *promitto.* Futur. ὑποσχήσομαι. *Præteritum* ὑπέσχημαι. *Aoristus primus,* ὑπεσχέθην. *Aoristus secundus Medius* ὑπεσχόμην, *ab* ὑποσχέομαι. *At Futurum* ὑποσχήσομαι, *promittam, ab* ὑπίσχομαι. *Aoristus secundus* ὑπέσχην.

Φάναι, *dicere: Præsens* φημί. φᾶναι *verò per* ᾶ, *lucere, apparere, primus Aoristus à* φαίνω, *luceo: pro quo & ¯* φῆναι, ἀποφῆναι, *demonstrare: vt* μιᾶναι, μιῆναι, *fœdare.*

Φέρω, *fero.* Futurum οἴσω, *ab* οἴω. *Aoristus primus* ἤνεγκα, *secundus* ἤνεγκον, *ab* ἐνέγκω. *Præteritum Medium Atticum* ἐνήνοχα, διενήνοχα, *ab* ἐνέχω. *Aoristus primus Paßiuus* ἠνέχθην. *Participium* ἐνεχθείς: *sic* ἀναφέρω, *respiro, conualesco:* ἀνηνέχθην, ἀνενεχθεὶς, *refocillatus.* *Cæterùm per Syncopen dicta sunt* φέρειν, φρεῖν, *ferre:* φέρω, φρῶ, *vnde* φρῆμι. *Imperatiui secundus Aoristus* φρὲς, *fer:* εἴσφρες, *infer:* ἔκφρες, *effer: vt* θὲς, *pone. Aoristus primus* ἔφρησα. *Futurum* φρήσω, εἰσφρήσω, *inferam, admittam.*

Φθάνω, *assequor quod efficere contendo, præuenio.* Futurum φθάσω, ἀ φθάω. *Aoristus secundus* ἔφθην, ἀ φθῆμι. *Optatiuus* φθαίην.

Φθίνω, *tabesco.* Futurum φθίσω, ἀ φθίω: *complura in* νω, *dum tempora formant, negligunt* ν: φθάνω, φθίνω: πίνω, *bibo: tanquam* φθάω, φθίω, πίω.

Φύω, *produco.* Futurum φύσω. *Aoristus secundus* ἔφυν ἀ φῦμι.

Χαίρω, *gaudeo.* Futurum χαιρήσομαι. *Aorist. secund. Paßiuus* ἐχάρην, ἀ χαρέω.

Χάσκω, *hisco, hio, dehisco.* Futurum χανοῦμαι. *Præteritum Medium* κέχηνα, *Aoristus secund.* ἔχανον, ἀ χαίνω.

Χέω, *fundo.* Futurum χεύσω. *Aorist. prim.* ἔχεα. *Imperatiuus* χέον, ἔκχεον, *effunde.* *Infinitiuus* χέαι, ἐκχέαι. *Aoristus secund.* ἔχεον. *Futurum secundum* χῶ, ἐκχῶ.

Χρὴ

Χρὴ, oportet: à χρῆμι, per apocopen χρὴ, ἀπόχρη, sufficit. Imperfect ἔχρην & χρῆν. Infinitiuus χρῆναι.

Ὠθέω, expello. Futurum ὤσω. Aoristus primus Atticè ἔωσα. Præteritum paß. ἔωσμαι, ab ὤθω.

Ὦταν, pro ὦ ἐτάν, ô amice, heus tu, ô bone vir, quæso, ἔτης amicus: vnde ἐτὰν, vt Ἑρμῆς, ἑρμᾶν: μέγιστος, μεγιστᾶν, ὦ ἐτάν: sed Synalœphe contrahit in ὦταν.

Rimantibus Verborum themata, præcipuum sit, vt in promptu & tanquam ob oculos habeant Coniugationem τύπτω ποιέω, & τίθημι, ac singulorum temporum exactè norint terminationes. Deinde memores quomodo formentur tempora, sensim ascendant, donec statuendum sit Præsens. Participium ὀφθησόμενος, à Futuro primo ὀφθήσομαι. Aoristus primus ὤφθην, tertia Præterit. Paß. ὦπται, prima ὦμμαι. Præterit Actiuum esset ὦφα. Futur. ὄψω: igitur Præsens ὄπω. ὄπω ὄψω, ἔπτω: ὄψομαι, ὄπομαι, ὄσομαι, vel ὄπτομαι: sed adhibitum Lexicon commonstrabit ὄπτομαι, video.

ACCENTVS.

ACCENTVS *acutus afficit vltimam syllabam, penultimam, aut antepenultimam: Circumflexus vltimam aut penultimam: Grauis vltimā tantùm. Dictionibus autem quæ sic vel sic notantur, huiusmodi tribuerunt vocabula:*

Θεὸς, Deus: ὀξύτονον, acutus in vltima.

Λόγος, sermo: παροξύτονον, acutus in penultima.

Τύπτομεν, verberamus: προπαροξύτονον, acutus in antepenultima.

Ποιῶ, facio: περισπώμενον, circumflexus in vltima.

Βοᾶτε, clamatis: προπερισπώμενον, circumflexus in penultima.

Τιμὴ, honor: βαρύτονον, grauis in vltima.

Grauis in omni syllaba intelligitur, quæ nec acuitur, nec circumflectitur: at signatur solùm in vltima. Nam vltima acuta fit grauis ob consequentiam dictionis, Θεὸς ἡμῶν, Deus noster. Excipe τίς interrogatiuum. τίς ἐποίησε, quis fecit?

Casuum & Personarum accentus fermè manet in eadem syl-

laba, ὁ λόγος, τοῦ λόγου, τῷ λόγῳ: τύπτω, τύπτεις, τύπτει. Quando autem mutetur accentus, aut e loco migret, sic est accipiendum. Σῶμα, σώματος, corpus, ῶ in ώ, quia antepenultima non circumflectitur: σώματα, σωμάτων, vltima si fuerit longa, non acuitur antepenultima: excipe Attica Μενέλεως, Menelaus: λέξεως, dictionis: & similia: βοάετε, βοᾶτε, άε in ᾶ ex acuto & graui fit circumflexus: excipe τὴν Λητόα, λητώ, Latonam: & τὼ νόω, νὼ à νόος, mens: & νῶϊ νώ, ab ἐγώ: dualia enim in ω semper acuuntur, etiam contracta. Ἑσαὼς, nixus, firmus, erectus: ἑστώς, non ἑστῶς: ex graui & acuto non fit circumflexus. Ἑστώς, ἑστῶτος: longa ante finalem breuem circumflectitur. Ἑστῶτες, ἑστώτων: longa ante finalem longam acuitur. Ἡρακλῆς, ἡρακλέος: breuis non est capax circumflexi, nec item longa positione, sed natura: σῶμα, corpus: τεῖχος, murus: βοᾶτε, clamatis: βοᾷ, clamat.

Diphthongi finales αι & οι in accentibus habentur breues, μοῦσαι, musæ: ἄνθρωποι, homines. Excipe Aduerbia οἴκοι, domi: (nam οἶκοι, domus, Nomen Plurale est) & Optat. ποιήσαι, fecisset. At ποιῆσαι, Infinitiuus Aoristi primi Actiui. ποίησαι autem Imperatiuus Aoristi primi Medij.

In Declinationibus parisyllabicis circumflectuntur Genitiui & Datiui, licet reliqui casus acuantur: ὁ ποιητὴς, τοῦ ποιητοῦ, τῷ ποιητῇ, τοῖν ποιηταῖν, τῶν ποιητῶν, τοῖς ποιηταῖς, Poeta. Idem iudicium de Genitiuo Duali & Plurali quintæ Declinationis: ἡ χεὶρ, τῆς χειρὸς, ταῖν χεροῖν, τῶν χειρῶν, manus.

Substantiuorum primæ & secundæ Declinationis Genitiuus Pluralis circumflectit vltimam: ὁ Αἰνείας, τῶν Αἰνειῶν, non Αἰνειῶν: ἡ μοῦσα, τῶν μουσῶν, non μούσων. Adiectiua verò secundæ Declinationis, à Masculinis tertiæ, Genitiuum parem habent Masculino: ὁ ἅγιος, sanctus: τῶν ἁγίων. ἡ ἁγία, τῶν ἁγίων. Quòd si Masculinum sit quintæ, vltima Genitiui Feminini circumflectetur: ὁ ἡδὺς, suauis: μέλαν, niger: τύπτων, verberans: τῶν ἡδέων μελάνων, τυπτόντων: ἡ ἡδεῖα, μέλαινα, τύπτουσα: τῶν ἡδειῶν, μελαινῶν, τυπτουσῶν: in quibus etiam non eadem est penultima Genitiui in vtroque genere.

Quin-

Quintæ Declinationis Genitiui & Datiui dissyllabi, Accentum sortiuntur in vltima: Nominatiui autem, Accusatiui, & Vocatiui in priore: ἡ χείρ, τῆς χειρὸς, τῇ χειρὶ, τὴν χεῖρα. τὼ χεῖρε, ταῖν χεροῖν. αἱ ὦ χεῖρες, τῶν χειρῶν, ταῖς χερσὶ, τὰς χεῖρας. *Excipe Participia* θεὶς, θέντος, θέντι *ponens, vel qui posuit:* ὤν, ὄντος, ὄντι, *existens. &c. etiam* τῶν παίδων *puerorum:* τῶν Τρώων, *Troianorum:* τῶν πάντων, *&* τοῖς πᾶσι, *omnium, omnibus.*

Circumflectuntur ευ *&* ου *finales:* ὁ βασιλεὺς, *rex:* ὦ βασιλεῦ: πανταχοῦ, *vbique: præter Aduerbium* ἰδοὺ, *ecce: at* ἰδοῦ, *vide, Imperatiuus, vt* ποιοῦ.

Vocatiuus in ες *à proprijs in* ης *est* προπαροξύτονος, ὁ Δημοσθένης, ὦ Δημόσθενες: ὁ Ἡρακλῆς, έος, ὦ Ἡράκλεες, *Crasi* Ἡράκλεις, *Hercules.*

Irregularia sunt, ἡ μία, τῆς μιᾶς, τῇ μιᾷ, τὴν μίαν, *vna.* ὁ δεσπότης, *dominus:* μητίετης *consiliarius:* ὦ δέσποτα, μητίετα: *Etiam* ἡ μήτηρ, *mater:* θυγάτηρ, *filia:* τῆς μητέρος, θυγατέρος, *non* μήτερος, θυγάτερος.

Particulæ α, ευ, δυς, *crebrò accentum retrahunt:* παιδευτὸς, *doctus:* ἀπαίδευτος, *indoctus:* τακτὸς, *ordinatus:* εὔτακτος, *bene constitutus:* κινητὸς, *mobilis:* δυσκίνητος, *motu difficilis: Sic* ἑκὼν, *voluntarius:* ἀέκων, *inuitus: & Crasi* ἄκων: λόγος, *ratio:* ἄλογος, *irrationalis:* εὔλογος, *rationabilis.*

Verborum & Participiorum accẽtus obseruandi sunt in Coniugatione Verborum τύπτω, ποιέω, *&* τίθημι. *Præterita & Aoristi priore longa seruant accentum in compositis,* εἶχον, *habebam:* κατεῖχον, *continebam:* εἷκα, *misi:* ἀφεῖκα, *dimisi:* εἷμαι *missus sum:* ἀφεῖμαι, *dimissus sum:* ἧκα, *misi:* συνῆκα, *intellexi. Præter* οἶδα, *noui:* σύνοιδα, *conscius sum, non* συνοῖδα.

Monosyllaba longa, relicta post Apocopen, acuuntur, κρῖ, χρή. *post Aphæresin autem circumflectuntur:* ἔφην, ἔφης, ἔφη: φῆν, φῆς, φῆ: ἦν, ἦς, ἦ, *inquam: at breuia sunt acuta* ἔβαν, βάν, *iuerunt.*

Quædam omnino carent accentu: ὁ, ἡ, οἱ, αἱ, εἰς, ἐς, ἐκ, ἐξ, ἐν: εἰ, *sic* οὐ, οὐκ.

Interdum præter accentum natiuum (qui vnus est tantùm

in vna dictione) adscribitur alter, propter dictiones Encliticas, quæ proprium Accentum remittunt ad præcedentem syllabam. Sunt autem Encliticæ τὶς, τινὸς, aliquis, alicuius, infinita: τοῦ, τῷ, pro τινὸς, τινὶ: εἰμὶ, & φημὶ, toto præsente: μοῦ μοὶ μὲ· σοῦ, σοὶ, σὲ. Aduerbia infinitè capta, ποθὲν, ποθὲ, aliunde: ποθὶ, alicubi; aliquando: ποτὲ, tandem: πῶς, quodammodo: πω, adhuc, dum: πῆ, alicubi: πού, vspiam: τὲ, que. γὲ quidem: vt εἴ τις, si quis: εἴ τινα, si quem: εἰπέ μοι, dicito mihi: σῶμά σου, corpus tuum: ἀκούσί μου, audiunt ex me.

Persona ἐστὶ principium orationis, aut subdita post οὐκ, non: καὶ, & ἀλλὰ, sed: ὡς, vt: εἰ, si: τοῦτο, hoc: remittit accentum in priorem syllabam. ἔστι πόλις, est ciuitas: καὶ ἔστιν, ἀλλ' ἔστι, ὡς ἔστι, εἰ ἔστι, τοῦτ' ἔστι: alioqui in præcedentem dictionem, καλός ἐστιν, pulcher est: ἄνθρωπός ἐστι, homo est. σῶμά ἐστιν, corpus est: Ἑρμῆς ἐστι, Mercurius est.

Et de Accentu quidem hactenus. Reliquum est, vt de Constructione, quatenus est opus, agamus.

RATIO SYNTAXEOS.

Constructio Græcorum.

DE Græcorum constructione tantùm præcipienda sunt ea, in quibus nobiscum non consentiunt.

Neutrum Plurale Verbo gaudet Singulari, ζῶα τρέχει, pro τρέχουσι, animalia currunt.

Genitiuum multis adhibent, quibus nos Ablatiuum: siquidem vterque casus ponitur absolutè. Latini me præsente, Græci ἐμοῦ παρόντος. Quandoque Participium solum, ἐλθόντων δὲ, ubi autem venissent, intelligendo casum rei conuenientis. Atticè pro hoc Genitiuo est Accusatiuus, & ferme cum ὡς & ὥσπερ: ὡς τὸν ἄνδρα τοῦτο ποιήσοντα, pro, τοῦ ἀνδρὸς ποιήσοντος, viro istud facturo. Estque istud receptissimum in Participiis impersonalium. δέον, cùm deceat, cùm sit decorum: δέον, cum oportuerit: ἐξὸν, cùm sit permissum: ἐξὸν, cum liceat: προσῆκον, cùm deceat: παρὸν, cùm adsit facultas. ἐνδεχόμενον, cum fieri possit: ἐξὸν αὐτῷ ποιῆσαι, cùm ipsi permissum esset facere: ὡς μηδὲν αὐτῷ διαφέρον, tanquam nihil eius interesit. δόξαν ἐμοὶ γράψαι, vbi mihi statutum esset scribere: ἄδηλον ὄν, cùm sit incertum, &c.

Geniti-

Genitiuum postulant Comparatiua & Superlatiua: σταχάνης *trutina iustior:* βέλτιστος ἁπάντων, *optimus omnium.*

Verba quæ animi affectionem significant: ἐρῶ, ἐπιθυμῶ, *amo, desidero: & similia.*

Verba sentiendi, curandi, participandi, priuandi, assequendi, frustrandi, dominandi, dissidendi, copiæ & inopiæ, quorum exemplis supersedendum duximus, mentione tantùm contenti. Adhæc Verbalia per α priuatiuum facta, ἀθέατος ἀληθείας, *qui nō spectauit veritatem. Verbalia in* ικὸς. πορισικὸς τῶν ἐπιτηδείων, *suppeditator idoneorum: & Adiectiua plurima.* ἄξιος, ἀνάξιος, ἄπειρος, *dignus, indignus, inexpertus. Et aliòqui quoduis Adiectiuum partitiuè positum,* οἱ χρηστοὶ τῶν φίλων: *qui inter amicos ingenui sunt: quale illud Plinianum, Quorum oblonga. Præterea Verbum Substantiuum* εἰμὶ *&* γίγνομαι, τούτων ἐστὶν ὁ Πλάτων, *horum, aut de numero horum est Plato: quod Verbum quandoque omittitur,* οὐδὲ τῶν ἀδικούντων ἐγώ, *neque ego sum de numero nocentium.*

Partitionis Genitiuum mutant in casum partium, οἱ ἄνθρωποι. οἱ μὲν ἀγαθοὶ, οἱ δὲ πονηροὶ, *pro* τῶν ἀνθρώπων, *hominum alij probi, alij improbi: sic* τοὺς φίλους, τοὺς μὲν ἀπέκτεινε, τοὺς δὲ πένητας ἀπέδειξε, *amicorum alios quidem interfecit, alios verò pauperes reddidit: pro* τῶν φίλων: *& ita per omnes Casus.*

Crebrò etiam Genitiuus ἐπιφωνηματικῶς *ponitur deficiente* ἕνεκα. εὐδαιμονίζω σε τῆς τύχης, *hoc est,* ἕνεκα τῆς τύχης, *beatum te prædico, ob felicitatem, aut, quod ad felicitatem pertinet: vtrumque enim significat* ἕνεκα: *&* ὦ μακάριε τῆς ὄψεως, *beatus qui nos videris.*

In Genitiuo ponitur materia: πεποίηται λίθου, *factum est è lapide. Pars,* λαβὼν τοῦ ποδὸς, *bib e vino* [illegible] *τοῦ ποδὸς, accipiens pede: Pretium,* πρίασθαι δυοῖν ὀβολοῖν, *emi duobus obolis. Tempus,* νυκτὸς καὶ ἡμέρας σπουδάζει, *noctu & diu studet. Tēporis verò continuitas in Accusatiuo,* ὅλην τὴν ἡμέραν εἰργασάμην, *tota die operatus sum: quod & in Datiuo,* ὅλον τὸν ἐνιαυτὸν ἀποδημήσας, *vel totis annis peregrinatus.*

Genitiuum regunt, ἅλις, *satis:* ἕνεκα, *caussa:* χάριν, *gratiâ:*

ἄνευ, sine: δίκην, instar: πλὴν, præter: μεταξὺ, interim, dū: πάρεργον, obiter: φεῦ, heu: ὢ βαβαὶ, ἡράκλεις, hercule, dij boni: οἴμοι, hei mihi: & huiusmodi exclamationes: etiam εὐθὺ, rectà: πόρρω, procul: ἄπο, pro ἄποθεν, procul ab: ἔξω, extra: χωρὶς, sine. Et Aduerbia localia, ποῦ, vbi πόθεν, vnde.

Datiuo tribuuntur Verba sequendi: ἀκολουθῶ, ἕπομαι, sequor. Certandi, ἐρίζω, contendo: πολεμῶ, belligero: ἀγωνίζομαι, certo: μάχομαι, pugno. Quæcunque Passiuè capiuntur: πεποίηταί μοι, factum est mihi, pro ὑπ' ἐμοῦ: ἄγνωστον τοῖς πολλοῖς, vulgo ignotum. Composita à σὺν & ὁμοῦ: σύντροφος, collectaneus: ὁμόψηφος, consentiens, eiusdem sententiæ. Datiui casus est instrumentum ἀπέκτεινε τῷ ξίφει, interfecit gladio. Caussa, φθόνῳ ταῦτα ποιεῖ, inuidia hæc facit. Modus actionis, τίνι τρόπῳ γράφεις; quomodo scribis? Et quandoque pretium, Chrysost. ἰδίῳ θανάτῳ τὸ ποίμνιον ὠνούμενος, propria morte gregem emens.

Datiuum habent cum Genitiuo, ἀμφισβητῶ, dubito: μετέχω, participo: κοινωνῶ, communico: συγγινώσκω, ignosco: φθονῶ, inuideo: & Impersonalia, δεῖ, oportet: μέτεστι, adest: μέλει, curæ est: μεταμέλει, pœnitet. In Datiuo Pronominis αὐτὸς, sæpenumero intelligitur præpositio σὺν: vt ἀποτεμὼν αὐταῖς ὠλέναις τὰ πτερὰ, hoc est, σὺν αὐταῖς, vnà cum ipsis vlnis pennas amputans.

Accusatiuum admittit quoduis Verbum Nominis ab eo deducti, τοιούτους γάμους γαμῶν, tales nuptias iniens: ἀδικῶ σε ἀδικίαν, afficio te iniuria: aut Nominis Relatiuum, ἡ ἀδικία ἣν ἀδικῶ σε, iniuria qua te afficio.

Vbique locus est Accusatiuo, si intelligas κατὰ: Σύρος καὶ τοὔνομα, καὶ τὴν πατρίδα, Syrus & nomine & patria. sic Virgilius, Cætera Graius.

Et qualia sunt Poëtis nostris vsitatiora, Fractus membra, & similia, ijs Græci passim vtuntur: τὴν ῥῖνα κορύζης μεστὸς, nares muco plenus: κόσμιος τὴν ἀναβολὴν, ornatus vestem: τὸ σχῆμα εὐπρεπὴς, habitu decôrus.

Passiua regunt Accusatiuum Verbi Actiui: vt ἐπιτρέπεις ἐμοὶ τὴν δίαιταν, defers mihi arbitrium: sic Passiuè, ἐπιτρέπομαι τὴν

δίαιταν

θίεται, *deferor arbitrium, pro, arbitrium mihi delatũ est:* & ἐγχειρίζομαι ταύτην τ̃ ἐπιμέλειαν, *commissam habeo hanc curam.*

Verbalia in έον *Verbi sui postulant Accusatiuum,* γραπτέον ἐμοὶ ἐπιστολὴν *scribenda est mihi epistola. Interdum secundus Accusatiuus in vicē Datiui succedit,* ἰατέον τὴν νόσον ὁ μελλῶντα τῆς αἰτίας, *medendum est morbo et qui negligit caussam.*

Attic è Accusatiuus pro Genitiuo, ἀποστερῶ σε τὰ χρήματα, *pro* τῶν χρημάτων, *priuo te pecunijs. Et pro Datiuo,* οἷά με ποιεῖς, *pro* ἐμοὶ, *qualia mihi facis.*

Quando Infinitiuus & Verbum praecedens ad eandem pertinent personam non est opus Accusatiuo, ἔφη ποιήσειν, *dixit facturum, nempe se: vt Terentius, pollicitus sum suscepturum. Infinitiuus non tam Accusatiuum habet, quàm Nominatiuum:* φησὶν αὐτὸς αἴτιος γεγονέναι, *dicit se auctorem fuisse:* οὕτως ἀπέχων τῆς ἀλαζονείας, ὥστε πάντα εἰδὼς, μηδὲν εἰδέναι οἴεσθαι, *tam alienus ab arrogantia, vt, cùm omnia norit, tamen se nihil scire putet.*

Iunguntur Infinitiuo ὡς, *vt:* ὥστε, *ita vt:* πρὶν, πρὶν ἢ, *priusquam:* ἐπειδὰν *postquam* ὅσον, *quoad, quasi.*

Relatiuum eodem casu ponunt cum Antecedente, χρῶμαι οἷς ἔχω βιβλίοις, *vtor libris quos habeo:* ἐκ τῶν ἐπιστολῶν ὧν ἔπεμψε, *ex epistolis quas misit. hinc sunt illa,* ἀνδρὶ οἵῳ σοὶ, *viro simili tibi:* ἄνδρα οἷον σε, *virum similem tibi.*

Participium tanquam pro Infinitiuo, cum Verbis perseuerandi, ἀγαπῶν με διατέλει, *amare me perge: desistendi,* οὐ παύσομαι φιλῶν, *non cessabo amare: & cum Verbis affectionem animi significantibus,* μέμνημαι ἰδὼν, *memini vidisse:* οὐ ξυνῆκαν μάτην πονοῦντες, *non intellexerunt se frustra laborare: sic Virgilius, Sensit medios delapsus in hostes.*

Articulo vestitum Aduerbium fit adiectiuum, ὁ χθὲς, *hesternus: quòd si iungatur Praepositioni cum suo casu, intelligitur commodum aliquod Participium,* ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, *in calo, nempe* ὢν, *aut* οἰκῶν, *existens, aut habitans.*

Praepositionum varia significatio variat regimen.

Genitiuum habent ἐκ *vel* ἐξ, *ex: significans locum, tempus, materiam,*

materiam, caussam: πρός, ab, coram, iurandi, officij: πρὸ, ante, locum, tempus: κατὰ, contra, super, de, ab: διὰ, per: μετὰ, cum: παρὰ, ab: ἀντὶ, pro: ἐπὶ, circa, super; etiam tempus significat: περὶ, pro: ἀπὸ, à, ex: ὑπὸ, præ, sub: ὑπὲρ, pro, de, super.

Datiuum, ἐν, in: σὺν, cum: πρὸς, iuxta: παρὰ, apud: ἐπὶ, propter: in potestate, post, super, contra: περὶ, pro, in, circa: ὑπὸ, sub.

Accusatiuum, εἰς vel ἐς, in, ad: ἀνὰ, per: κατὰ, per. secundum, circa: διὰ, propter: μετὰ, post: παρὰ, ad, præter, propter: ἐπὶ, ad, in: περὶ, circa, circum, prope: ὑπὸ, sub: ὑπὲρ, supra, vltra.

De ἀμφὶ iudicandum, vt de περὶ, quod vsitatius est.

Duæ ἐλλειπτικῶς ponuntur cum Genitiuo: ἐν deficiente Datiuo: εἰς deficiente Accusatiuo, ἐν ᾅδου, apud inferos, pro ἐν οἴκῳ τοῦ ᾅδου, in æde seu in ædibus Plutonis. εἰς διδασκάλου, pro εἰς οἰκίαν τοῦ διδασκάλου, in domum præceptoris.

Dicunt præterea, οἱ περὶ Πλάτωνα, hoc est, Plato: οἱ ἀμφὶ Σωκράτην, hoc est, Socrates. Verùm istiusmodi orationis formas, & breuiter quicquid ad Græcanicas phrases attinet, doctißimè persecutus est Budæus in suis Commentarijs, quos nuper & emendatè, & eleganter, magno studiosorum bono excudit Badius, optimè semper de literis meritus. Eum librum comparare sibi debet quisquis seriò græcari volet.

F I N I S.

ANNOTATIONES RENATI GVILLONII IN GRAMMATICAM GRÆCAM CLENARDI.

Alpha, vita, &c. Clenardus pag. 5.

Apvd Græcos literæ sunt tantùm viginti quatuor: quarum figuræ, nomina, & potestates (quæ tria literis cuiuscumque linguæ accidunt) deinceps collocantur apud Clenardum pag. 5. Figura enim id nec dubiè est, quod certis lineamentis atque tractibus literæ corpus depingit. Nomen est ipsius elementi appellatio. Potestas verò, literæ ipsius valorem pronuntiatione indicat. Multiplex quidem certè & varia est cuiusque literæ figura; cuius varietatem colliges, tum ex Clenardo, tum ex elementalibus libellis, qui vulgi manibus quotidie teruntur. Idem de earundem nomine & potestate facito.

Vocales longæ, η, ω, &c. Clenardus pag. 5. vers. 26.

Capitalis & primaria omnium litterarum Græcarum diuisio est, vt illas fundas in vocales septem, & in septemdecim consonantes. Vocales deinde subdiuidas in longas duas, η, ω: in duas breues, ε, ο: & in tres ancipites, α ι υ. Longæ sunt, quæ semper longam efficiunt syllabam, nisi cum terminant dictionem, & sequens dictio incipit à vocali: tunc enim vocales natura longæ, & diphthongi omnes communem faciunt syllabam. Animaduersione igitur dignum, η, ω, in capite seu initio dictionum, in mediis item dictionibus, in fine dictionum sequente consonante, perpetuò longas esse. Et si contigerit (vt dixi) illas finire dictionem, & sequentem dictionem incipere à vocali, tum η & ω, omnes prætereà diphthongi tam propriæ quàm impropriæ (quæ & suapte natura longæ sunt haud secus atque η & ω) in carmine redduntur ancipites. Proinde ante vocalem sitæ, Poëtica licentia, sæpissimè corripiuntur.

Breues vocales ε, ο, sunt quæ semper breuem faciunt syllabã, nisi extendantur positione. Fit autem & Græcis & Romanis positio, quando post vocales natura breues (cuiusmodi apud Græcos sunt ε & ο) duæ subsequuntur consonantes, vt ἕρκος, id est, septum, seu vallũ, ὁρμὴ, id est, eruptio, motus, impetus: in quibus ε & ο positione producuntur. Et apud Latinos, Arma virumque, &c. Aut quando litera duplex, nempe ζ ξ ψ, sequitur, quarum duplicium vna quælibet æquè pollet, atque duæ simplices consonãtes, vt initiò σοῦ ῥεῖ docebimus inter ipsarum duplicium excutiendam potestatem.

Ancipi-

Ancipites siue communes, α, ι υ, Græcis dicuntur τὰ δίχρονα φωνήεντα, id est, bitemporeæ vocales; quia duorum sunt temporum, & ancipitis quantitatis, nunc breuem, nunc longam constituentes syllabam. Non hercule in eadem dictione, sed in quibusdam productæ, in aliis verò correptè vsurpantur. Dico itaque, α, ι, υ, non ideo vocari δίχρονα, quòd ad cuiusuis arbitrium, vt quidam existimant, in vna eademque dictione & produci & corripi queant; sed eo modo δίχρονα esse, quo omnes vocales apud Latinos: ita quòd in hac dictione omnino producantur, in illa corripiantur, vt fusiùs docebimus in nostro Enchiridio, ad cognitionē Accentuū, & quantitatem syllabarum. Tu rursum subdiuidito septem vocales in Mutabiles & Immutabiles: Mutabiles tres, α, ε, ο; quæ id nominis sortitæ sunt, quia in capite thematis alicuius verbi constitutæ, in Verborum præteritis mutantur, nempe α & ε, in η: & ο in ω: eodem quoque modo in primo Futuro quorundam Verborum sextæ Coniugationis, & in thematibus Verborum in μι, si in sexta fuerint formatiuæ. Quid formatiua litera sit, videbis paulo pòst. Immutabiles quatuor sunt, η, ι υ, ω: quæ si in Verborum thematibus fuerint capitales, seu initiales, in præteritis non mutantur.

Dipthongi propria, &c pag. 6. vers. 1.

Ex simplicibus præscriptis vocalibus coalescunt ac conflantur diphthongi duodecim, quæ diuiduntur in proprias diphthongos, & improprias. Propriæ sunt sex, quas disces ex Clenardo: quæ, vt placet Grammaticis, ita dicuntur, quòd naturalis pronuntiatio illas postulet, quippe quæ eo quo scribuntur modo & proferuntur, aut certè proferri debent. Impropriæ contrà sic dicuntur, quòd pronuntiatio naturalis illas non requirat. Tu eas diuides in ἀφώνους & κακοφώνους. Tres sunt ἄφωνοι, ᾳ, ῃ ῳ: quæ quia scribuntur quidem, sed non proferuntur, præterquam instar Simplicium vocalium, α, η ω, sine punctis subtus, quæ polleant iota, meritò profectò dipthongi hæ tres ἄφωνοι vocitantur, hoc est, mutæ seu obmutescentes: tu vnica dictione afonas vocares, si dictio Latina cum Græca compositionem reciperet: dicuntur enim quasi ἄνευ τῆς φωνῆς, quòd voce careant, saltem diphthongata, vt sic, docendi gratia, dixerim. Tres reliquæ, υυ, υι αυ, ob duriusculā, minusq́. auribus delicatis alioqui lenocinantem ipsarum vocem, non iniuria κακόφωνοι nuncupantur, quasi malesonas dicas. Dū enim, vt decet, proferuntur, durum quid auribus insonat, & nescio quid (vt ita dixerim) Gotthicum, auribus iniucundum, si cum suaui iucundaque diphthongorum propriarum pronuntiatione conferantur, auditu percipitur, vt nos aliàs docuimus: & post hac rursum, si Deus permiserit, nos itidem viua voce sumus docturi. Commentum planè Grammaticum est diphthongus impropria, præsertim illa quæ dicitur

fitur ἔφριγῃ. proinde ad pronuntiationem nihil spectat. Nam Grammatici diphthongorum mutationes indicaturi, aut certè in diphthongis, alterius vocalis elisionem, eiusce modi diphthongos inuenerunt, vt sicubi ex αι fiat α aut η, vt non parum sæpè fieri assolet, idque iota elisio, quod tamen quia in diphthongo propria, subiunctiua vocalis erat, vt vocalium neutra in illa transmutatione pereat funditus, solent Græci suppingere iota in tribus illis ᾳ, ῃ, ῳ, quæ quidem ex propriis consurgunt diphthongis. Atque adeò id factum esse palàm est, ne ignorarent pueri in ea syllaba diphthongum desiderari. Quandoquidem autem ostendimus ᾳ & ῃ ex αι coagmentari, eadem ratione & ῳ ex οι fieri dicas, mutata breui præpositiua in propriam longam: iota verò quæ subiunctiua est, subpingatur. Tres enim non amplius mutabiles esse vocales paulo antè diximus, α, ε, ο, quarum quæcumque accedat permutandæ vocalis ratio, α & ε mutantur in η, & ο in ω. Cæterùm vt de κηρηθφόνοι compositione quoque aliquid dicamus, ηυ modò ex αυ, modò ex ευ fieri sequentibus exemplis comprobatur: αὐλίζω, ηὔλιζον, εὔχομαι, ηὐχόμην: mutato ε ex diphthongo ου in η, idque Atticè, quum alioqui ου sit de classe diphthongorum immutabilium, vt suo loco sumus dicturi. At ωυ fit ex ου, mutata breui in propriam longam. Reliquum iam est, vt ῳ ostendamus ex υ & ι constare, atque hanc sibi comparare figuram, nimirum vt ι affixum ad latus & υ, suo apice pertingat corpus medium ipsius præpositiuæ, qua est υ: idem verò ι, longiùs se explicet deorsum. Quæ figura haud dubiè commodior; tametsi chalcotyporum nonnulli voluerint aliam figuram innouatam sic ῳ subscripto ι, videlicet perinde atque in ᾳ, ῃ, ῳ.

Vocales præpositiuæ α, ε, &c. pag 6. vers. 6.

Est alia vocalium diuisio propter diphthongos dumtaxat recepta, nempe vt in diphthongorum coagmentatione & coalescentia aliæ vocalium sint præpositiuæ, aliæ verò subiunctiuæ. Præpositiuæ, quæ quinque recensentur α, ε, η, ο, ω, ideo hanc nomenclationem adeptæ sunt, quòd subiunctiuis præpositæ, dipthongos faciunt; vel, quia in diphthongo constituenda subiunctiuis præponuntur. Subiunctiuæ verò quas & postpositiuas vocant, sic dicuntur, quòd in constitutione diphthongorum præpositiuis subiungantur: vel, quia præpositiuis subiunctæ aut postpositæ, diphthongos faciunt, vt patet in formulis a Clenardo præscriptis. Suntque duæ dumtaxat subiunctiuæ vocales in diphthõgis ι & υ. Ex præpositiuis vna est, vtpote α, quæ diphthongos proprias constituit, αι, αυ, & vnam impropriam ᾳ. Verùm enimuero ε, solas proprias diphthongos parit, ει ευ: ο item proprias propagat, οι, ου: η autem & ω, diphthongos tantum improprias ηυ, ῃ, ωυ, ῳ. Antiqui enim (ne quid silentio supprimam, quod sit operæpretium) aut non subpingebant

prorsus

prorsus iota in diphthongis, ᾳ, ῃ, ῳ, quem morem adhuc retinuerunt Dores, aut certè eavtebantur figura, qua paulo antè depinximus η, hoc videlicet modo pingentes αι, ηι, ωι: sed quia & scriptores & calcographi in forma earum depingenda sæpius ac numero hallucinabantur, diphthongos plerumque proprias impropriarum vice depingentes, ob id aliud commentum subiit animos eruditorum, nempe vt punctum exile substerneretur, subiaceretve corpori ipsius vocalis alioqui præpositiuæ; quod quidem pūctum designaret siue polleret iota. Verumtamen illud esse prætermittendum videtur minimè, videlicet υ, non solùm subiunctiuam esse vocalem in diphthongis, αυ, ου, ευ, ηυ, ωυ, sed etiam præpositiuam in diphthongo impropria υι, ὑιός, μυῖα, ἅρπυια, & in consimilibus, quæ innumera sunt, quæque possis ipse venari tibi, legendo classicos auctores. Quandoquidem autem non ita multo antè vocales diuisimus in Mutabiles & in Immutabiles, eadem quoq. diuisio in diphthongos proprias non inconcinnè cadit: siquidem earum quædam sunt Mutabiles, vtpote αι, αυ, οι; quædam verò Immutabiles, nimirum ει, ου, ευ; de quarum & transmutatione & statu agemus pluribus cum Clenardo suo loco, in tractatione augmenti temporalis verborum.

Mutæ	*Tenues*	π, κ, τ.	*pag. 6. vers. 13.*
	Mediæ,	β, γ, δ	
	Aspiratæ	φ, χ, θ.	

Diximus paulo antè, consonantes secundam constituere partem generalis diuisionis literarum apud Græcos, quæ profectò subdiuidendæ sunt in Mutas, Duplices, Liquidas, & in σ: & sic in septem Vocalibus, nouem Mutis, tribus Duplicibus, quatuor Liquidis, & σ, habes iustum numerum viginti quatuor literarum Græcarum. At subdiuidere denuo debes Mutas nouem

in tres	Tenues	ϖ κ, τ.
	Medias	β, γ, δ.
	Aspiratas	φ, χ, θ.

Quæ duobus modis considerantur. Priore modo sic, recto videlicet ordine: π, κ, τ; β, γ, δ; φ, χ, θ; & hoc modo ferme per se & sine relatione aliarum ad alias expenduntur. Posteriore autem modo illas consideraueris, ordine in formula proposita transuersario, nempe à summo deorsum, sic, π β φ, κ γ χ, τ δ θ, vt π & φ extremorum contrariorum rationem obtineant, haud secus atque album & nigrum apud Philosophos. Idem de reliquis mutis iudicium, nimirum vt tenues semper propriis opponantur aspiratis: & contrario verò, aspiratæ tenuibus; quia naturam inter se cōtrariam sortiun-

fortiuntur. Interiiciantur autem mediæ, quod mediam quandam rationem & naturam habeant inter vtrasque extremas, inter tenues videlicet & aspiratas.

Tenues ideo sic nuncupantur, quòd sine vllo spiritu denso ac sibilante proferantur. Aspiratæ contrà, quia cum spiritu crasso, denso, spumoso, & cum sibilo proferuntur. Mediæ autem, vt diximus, cum vtrisque extremis ita conueniunt, vt nec prorsus spiritu careant, nec prorsus ad spumosum flatum aspiratarum accedant. Isthæc autem mutarum oppositio inter se ideo fit, quia aliæ in alias sæpissimè migrãt, vt facilè conijcere licet in deductione aliorum temporum ex aliis in Coniugationibus Verborum. Hicobiter notandum primam or finem contrariorum primam constituere Coniugationem, vt πω, βω, φω: & secundam, secundam, vt κω, γω, χω: tertium item, tertiam, vt τω, δω, θω. Hactenus de mutis.

Duplices. ζ ξ ψ pag. 6. vers 16.

Duplices idcirco dicuntur, quia suam vim habent simplicium consonantium, in easque non raro explicantur & dissoluuntur, quum ex illis analogicè conficiantur. Atque adeò tres sunt, ζ, ξ, ψ: quarum ζ fit ex σ, vel σδ, & in eas sæpissimè resoluitur, præsertim apud Dores: vt pro συρίζω & ὄζω συρίσδω & ὄσδω scribunt Dores; μάσσω, id est, pinso, inde μάζα, quã Latini, vsurpata dictione Græca, massam vocant. ξ autem non tantùm κσ, sed & γσ & χσ valet: vt μύσταξ, id est, barba menti: à quo nomine resoluto ξ in κσ, atque adeò inter vtrumque collocata vocali σ fit casus gignendi, & alij pariter obliqui casus: vt μύστακος, μύστακι, &c. θώραξ, θώρακος, & id genus alia. Sed aliquando, vt dixi, in γσ explicatur eadem ratione seruata, quæ in κσ, vt ἅρπαξ, ἅρπαγος. Item in χσ: vt θρίξ, τριχὸς. Verùm enimuero ψ, seruata præterea ratione ea quæ in superioribus, dissoluitur plerumque in πσ, inserta vocali, vt inde consurgat obliquus casus in nominibus: vt κύκλωψ, κύκλωπος: ὤψ, ὠπός. Aliquando verò in βσ, interiecta vocali: vt ἄραψ ἄραβος φλέψ φλεβός. Et aliquando in φσ: vt σκίναψ, σκίναφος: & alia eiusdem modi plurima.

Liquidæ, siue immutabiles, pag. 6. vers 19.

Quatuor sunt liquidæ Græcis, λ μ ν ρ: totidem Latinis, & eædem, aut saltem eiusdem potestatis, l, m, n, r. Sed Græcis præterea immutabiles vocitantur: quòd non mutentur, muténtve in alias consonãtes, neque in Declinationibus Nominum: vt παὶν, addendo ος, non mutando ν finali litera recti, fit Genitiuus παᾶνος: sic δάμαρ, δάμαρος. Neque verborum Coniugationibus, vt ψάλλω, ψαλῶ: νέμω, νεμῶ: in vtroque tempore λ & μ immotæ manent, sed quemadmodum præsentis, ita futuri literæ sunt characteristicæ.

σ omissum à Clenardo.

In consonantium subdiuisione omisit σ Clenardus: idque forsasse de industria, quòd non sit de classibus mutarum, duplicium, liquidarum. Non enim muta est, quia neque tenuis neque media, neque aspirata. Ad hæc non duplex, quum non æquiualeat duabus simplicibus consonantibus: nec tandem immutabilis, cùm in casu gignendi plerumque mutetur in τ, δ, θ: vt λέων, λέοντος: μονὰς, μονάδος: ὄρνις, ὄρνιθος. Proinde σ à quibusdam μοναδικὸν, id est, sui cuiusdam iuris, ac suæ potestatis dicitur. A quibusdam verò ἄσημον, id est, sine nota & signo, quòd aliarum consonantium notas multas habeat minimè, nempe vt vel muta dicatur, vel duplex, vel liquida: sicuti in grege ouium, cæteris ouibus signatis, si earum aliqua non sit eodem quo aliæ signo insignita & notata, illa vocatur, ὄις ἄσημος, quasi nulla signatione signatam ouem dicas.

Accentus tres, &c. pag. 6. vers. 21.

Accentus à verbo Accino dictus, quòd accinat dictioni quam afficit. Huic nomini respondet Græca vox προσῳδία, à πρὸς, id est, ad: & ᾠδὴ, carmen, canticum. Est autem Accentus pronuntiandi ratio syllabæ accidens. Syllabarum porrò, aliæ longæ, aliæ breues, & aliæ ancipites, quæ pro ratione quantitatis suæ acuuntur, aliæ vel grauantur, aliæ verò circumflectuntur. Itaque tres sunt Accentus: Acutus, Grauis, Circumflexus.

Acutus sic pingitur ´, fitque ex sinistra parte maiusculæ literæ lambda Λ.

Grauis ` ex eiusdem parte dextera.

Circumflexus ex vtraque Λ, aut sic ˜, ex superiori parte literæ θ, qui & hoc modo ˜, ornandæ potiùs scripturæ, quàm vllius necessitatis ergô, notatur.

Notandum obiter, Græcos in assignandis Accentibus, solitos esse singularum dictionum syllabas ordine præpostero & retroacto supputare; nimirum incipientes ab vltima, à qua fit progressus ad penultimã, & à penultima ad antepenultimam. Vltra antepenultimam non retroagitur Accentus, neque apud Græcos, neque apud Latinos. At in hoc dissident Latini à Græcis; quod Latini, vt proprium dictioni cuique assignent Accentum, penultimæ syllabæ dictionis illius quantitatem perpendunt; vt quum Dominus penultimam habeat breuem, ideo eius Accentus in antepenultimam retrahitur syllabã; dicimus ergo Bárbara, pyrámidũ, síleat, miráculа, Mémphis. acuendo in singulis polysyllabis declinabilibus vocibus antepenultimam propter penultimam breuem: quæ si longa foret, Accentum perpetuò retineret: vt meditáris auéna. Verumtamẽ in dictionibus dissyllabis, siue lõga, siue breuis sit penultima, (voco autem illam penultimam, quæ anteit proximè vltimam dictionis

dictionis

ctionis cuiuslibet syllabam, etiam si prima sit dictionis, vt in disyllabis omnibus) eidem penultimæ perpetuò insidebit Accentus. Exemplum de longa penultima, vt tegmine fági, linquimus árua, léntus in úmbra. De breui, vt Déus, áqua, mánus, & reliqua cohors dissyllaborum id genus. Solæ autem indeclinabiles voces apud Latinos Accentum in vltima syllaba recipere possunt, cuiusmodi sunt, porrò, ergò, maximè, & similes. Vsus tamen in omnibus frequentior præualeat. Verùm enimuerò vltimæ syllabæ quantitas apud Græcos expenditur, atque adeò pro ratione quantitatis vltimæ assignatur apud eos Accentus, nunc in eadem vltima, nunc in penultima, nunc in antepenultima; vt nos docebimus fusiùs in nostro Enchiridio ad notionem Accentuum. De locis autem singulis singulorum Accentuum id interim est prælibandum. Acutum vtpote in dictionibus tres sedes sibi vendicare, vltimam, vt Θεός, ός, enim vltima syllaba acuitur: penultimam, vt λόγος, ἔρως: antepenultimam, vt τύπτομεν, παράκλητος. Et verò solus Acutus, sua veluti prærogatiua, antepenultimæ insidere potest. Siquidem circumflexus duas tantùm sedes occupat: vltimam, vt ποιῶ: penultimam, vt βοῦται. Grauis autem, quamquam intelligitur in quacumque syllaba dictionis cuiuslibet, quæ neque acuitur, neque circumflectitur, nusquam tamen pingitur, nisi demum in vltima dictionis syllaba, tum maximè, quum κατὰ ζυνέπειαν, id est, in consequentia verborum, & continuatione vocum inter se, qui acutus insidebat vltimæ syllabæ dictionis, aliam dictionem præeuntis in structura orationis, mutatur in grauem, vt passim contingere solet. Acutus attollit syllabam quam afficit, vt Θεός. Circumflexus tardat, vt βοῶμεν. Grauis verò est æqualis pronuntiationis tractus, communisque tenor his syllabis, quæ nec acutitonæ sunt, nec inflexæ, vt φιλοσοφία, solum iota acuitur, reliquæ syllabæ graues sunt: &, vt docet Demetrius, καθ' ὁμαλότητα ἀναγινώσκονται, id est, leguntur seruata æqualitate pronuntiationis. Et quia deforme fortasse fuerit, tot apices singulis inscribere syllabis, ideo suis partibus fungens, nusquam pingitur grauis, nisi loco acuti in solis (vt dixi) vltimis syllabis; idque in contextu orationis, vt Θεὸς ἡμῶν, id est, Deus noster.

Illud præterea adijciendum ad extremum videtur, dictionem acutitonam per se positam, hoc est, citra complexum orationis, aut etiam in clausula collocatam, quippe quæ terminet sententiam, acutum perpetuò retinere accentum, nec conuertere acutum in grauem, nisi in oratione perpetua continuetur cum sequentibus aliis dictionibus, sic ἀνὴρ καλὸς κἀγαθός. cum alioqui & ἀνήρ, & καλός, & ἀγαθός, vltimas syllabas suapte natura acuant. Enimuerò qui accentus quibusque dictionibus debeantur, aperiemus quam potuerimus luculentissimè in nostro libello de Accentibus.

Spiritus duo, asper, &c. pag. 6. vers. 28.

Duo sunt apud Græcos spiritus, asper siue densus, qui præfixus literis maiusculis sic Ⱶ pingitur, vt ex parte sinistra literæ H, ita concinnetur. Minusculis autem præpositus, sic ῾: vt pars sit media circuli integri, ac veluti semilunium, cuius cornua explicentur in dexteram, pars verò gibba & circumferentia in sinistram: vt ὁμηρος, ἅρματα. Tenuis siue lenis cum maiusculis literis vocalibus fit ex dextera parte vocalis H hoc modo ⱶ; cum minusculis autem sic ᾿: vt sit pars altera circuli integri aut semilunij, cuius cornua ad sinistra n, circunferentia verò cum gibba parte ad dexteram vergant: vt ἄνθρωπος, ἀνθηρός. Hactenus exemplis comprobatum, notas spirituum supra vocales initiales dictionum collocari. Omnis enim dictio incipiens à vocali, vel aspiratur, vt ἕτερος; vel tenuatur, vt ἀλήθεια. Vt autem in transitu nonnihil de pronũtiatione quoque spirituum dicamus, quæ haud dubiè silentio prætereunda minimè videtur, animaduertas licet spiritum asperum Græcorum cum suis vocalibus haud secus proferri atque ה, he, litera Hebræorum, cum punctis vocalibus: aut apud Latinos h, quæ nota duntaxat est aspirationis præfixa vocalibus: vt ha, he, hi, ho, hu. E cõtrario verò spiritus tenuis Græcorum profertur vt א, Aleph, Hebræorum cum suis motionibus, sine vllo videlicet spiritu flatúve dẽso, atque adeò hæsitante, vt in ה, he, in gutture. Vel dicas tenuem spiritum Græcorum proferri eo modo, quo Latini vocales suas sine h, nota aspirationis pronuntiant: vt a, e, i, &c. Nec te malè habeat, studiose lector, quòd sinam te hoc loco ambiguũ, vtro spiritu insignire vocalem dictionis initialem debeas, si tibi calamo sit admouenda manus. Non enim præsentis est instituti atque operis, spirituum regulas tradere, (notas & pronuntiationem duntaxat edere hoc loco in animo est) quia maius profectò otium postulauerit, quàm quod nobis in præsentia contigit. Proinde tu interim dum maius nanciscamur, quo eas peculiari aliquo libello perstringamus, ipse multa frequentíque eximiorum auctorum lectione venabere, vt eorum spirituum vsum tibi compares. VSVS enim omnium artium magister atque architectus, rectè comparatus, eas quas expetis spirituum regulas abundè satis suggeret.

Consonans ρ &c. pag. 6. vers. 31.

ρ & υ in principiis omnium dictionum perpetuò aspirantur, hoc est, notantur spiritu aspero, vt ῥάμνη, ῥίπτω, ὑιός, ὗς. Quòd si ρ in mediis dictionibus geminetur, prius ρ tenui spiritu signatur, ne sylla ba illa desinat in literam aspiratam. Nulla enim apud Græcos syllaba in aspiratam desinit: ρ verò posterius, quia initiũ est nouæ syllabæ, idcirco, perinde atq. in principio dictionis, aspiratur: vt παῤῥησία, id est, dicendi libertas atque licentia. At ρ simplex vnicumve

in medio dictionis corpore neutro duorum spirituum signari debet. Quam autem dixerim, nullam apud Græcos syllabam desinere in literam aspiratam, argutulus aliquis legis huiusce præuaricator conabitur fortasse euertere hanc nostrã sententiam, atque ostendere eius, quod diximus, contrarium. Cui hoc vnum velim responsum, si contigerit duas reperiri aspiratas in media dictione, vt in ἄφθονος, vtramque aspiratam cõiunctim pertinere ad sequentem vocalem, id quod compositiones plerumq. indicant: nam in ἄφθονος, α priuans est, pro ἄνευ; vnde seorsum proferri debet, & nõ cum sequente aspirata: φθόνος verò item separatim, ex quibus componitur ἄφθονος, id est, ἄνευ τοῦ φθόνου, sine inuidia, seu inuidia carens. Idem iudicium de reliquis etiam in appositione: vt νύχθ' ὅλην.

Apostrophos nota est, &c. pag. 6. vers. 34.

Ἀπόστροφος, ab ἀπὸ, à: & στρέφω, verto: vnde ἀπόστροφος, auersio. Nota est detritæ seu elisæ & reiectæ vocalis à fine dictionis. Auersionis enim nota ponitur supra locum ablatæ vocalis à fine dictionis, propter initialem capitalemque vocalem sequentis dictionis: vt ἐπ' ἐμὲ, pro ἐπὶ ἐμέ. Solent autem hoc pacto elidi quatuor vocales, quarum in locum Apostrophi nota sufficitur, α, ε, ι, ο, & duæ diphthongi apud Poëtas, αι, οι. Eliditur & η per Apostrophum, licentia Poëtica apud Homerum in catalogo nauium, vbi in exemplari Aldino sic habet: Τληπόλεμος δ' ἐπεὶ οὖν τράφ' ἐνὶ μεγάρῳ ἐϋπήκτῳ, id est, Tlepolemus autem posteaquam educatus est in palatio affabrè facto. In quo versu τράφ' pro ἐτράφη positum est, vt docet vetus interpres Græcus. Notam autem Apostrophi sic describas depingasque oportet, vt sit dextera pars circuli ad vltimam cõsonantem apposita, qua ostenditur parti orationis deesse vltimam vocalem. Ex hac autem Apostrophi descriptione, constat eam tenuis spiraculi figuram habere. Verùm in hoc differunt, quòd signum spiritus tenuis in principiis dictionũ à vocalibus inceptarum ponitur: Apostrophi verò nota insidet literæ finali, index vtique (vt dixi) vocalis vel diphthongi in calce remouisse: vt ἀλλ' ὅπως.

Quod si aspiretur, &c. pag. 7. vers. 1.

Notabis hoc loco mutam tenuem π, κ, τ. & in compositione, & in appositione manere tenuem, nec cõuerti in propriam aspiratam ante vocalem capitalem sequentis dictionis affectam spiritu tenui. In appositione, vt πάντ' ἔλεγον: in cõpositione, vt κατάγοντες. Quòd si vocalis se[quens] aspiretur, tenuis muta finalis præcedentis dictionis migrabit in propriam aspiratam φ, χ, θ. Quia omnis tenuis muta perpetuò concipit aspirationem sequentis vocalis, vt νύχθ' ὅλην: & quia appositio est, non compositio, ipsa vocalis sequẽs suam etiam retinet aspirationem, quam in compositione perderet, seu abiiceret: vt in καθάπτομαι, ἀφαιρέομαι, & similibus.

ὑφὲν, id est, subunio, nota est, qua vtimur, cùm duas dictiones natura diuisas coniungimus: vt ὅπως οὖν. Vel quæ malè diuisas coniungit, hoc modo: Pauca in conuiuio lo-quere: vel, cõspicit-ur sus, conspicitur sus.

ὑποδιαστολή, id est, subdistinctio, est nota, qua non cohærentia discernuntur. Vel distinctio est, quæ syllabas malè cohærentes separat: sic, τό, τε: aliud enim significat τότε, ὅ τι, & ὅτι.

Latini inter declinandum, &c pag. 7. vers. 27.

ἄρθρον Græci Articulum vocant, &, vt auctor est Moschopulus, deducitur ab ἀρτάω, quod est coapto, compingo, & cohærere facio: quòd hoc Articulo membra orationis coaptentur, cohæreant inter se, & compingantur; Nominum præterea & Casus & Genera dignoscantur. Minutissima quidem certè orationis particula est Articulus; sed eiusmodi, vt si eam attollas, nihil aptum, nihil integrum, nihil sonaueris decens. Quemadmodum enim hæc corporis nostri moles Articulis roboratur, vegetatur, & compingitur; sic Articulis, orationis partes, alioqui dilutæ & discriminatæ, compinguntur. Idioma autem Romanum Articulos ignorat, quippe quòd ne voce quidem vlla Græcorum Articulum exprimere ac reddere queat. Cæterùm quòd Grammatici Latini Nominum declinandorum casibus præfixerunt hic, hæc, hoc, id nec dubiè docendi gratia fecerunt: non quòd Latinus sermo illos haberet Articulos. Gallicus sermo Articulos habet, atque adeò Græcanici Articuli vim exactè noueris ex idiomate Gallicano; vt si Græcus dixeris, ἡ ἐσθὴς τοῦ Πέτρου, Gallus suo idiomate sic reddet, *la robe de Pierre*. Romanus verò, vestis Petri; sine expressione Articulorum & Græcanicorum & Gallicanorum. A superiore oratione Græca exime Articulos ἡ & τοῦ, nihil decentius sonabis, quàm si dicas Gallicè, *robe Pierre*, sine Articulis *la* & *de*: id quod ineptum prorsus apud Gallos fuerit. Nõ perpetuò tamen Emphatica erit apud Græcos particula, Articulus si sed aliquando addetur, aliquando verò detrahetur, venustandæ orationis gratia. Vt autem responatur ob oculos, dicemus Articulos Gallorum à nonnullis notas casuum non omnino ineptè appellari. Eas autem docendi gratia sic proponemus: Articulus Masculeus Singularis apud Græcos est ὁ, qui à Gallis exprimitur hac voce *le*. vt, ὁ δεσπότης, *le Signeur*. Feminin. Articulus, ἡ Græcè, *la* Gallicè: vt, ἡ δέσποινα, *la dame*, & in numero multitudinis vtriusque generis dicimus Gallicè *les*: vt, οἱ δεσπόται, *les Signeurs*: αἱ δέσποιναι, *les dames*. Gallicum Hebræis carent Articulo Neutrius generis, sed pro eo vtrique vsurpant Masculeum. Articuli autem Gallorum exprimentes Articulos casus gignendi Græcorum, habita tamen ratione generis & numeri, sunt, *de*, *du*, *des*. Dandi casus, *à*, *au*, *aux*; & sic deinceps. Enimuerò eadem fermè in omnibus est Gallis cum Græcis

& con-

& constructio & loquendi ratio. Proinde vtramque alteram vtpote cum altera conferas; vt ex energia vnius, alterius vires nō ægrè agnoscas. Musa quidem certè Romana quanquam apud se superba & elegans, tamen non perinde faciliè cum Græca conferri potest.

Primæ est in ας Masculinorum, &c. pag. 8. vers. 5.

In ea fuit hæresi Clenardus, vt, quorundam Neotericorum opinionem secutus, putauerit quædam nomina in ης primæ Declinationis, Communis esse generis: ego verò frequentiorem vsum iugiter approbans, facilius subscripserim opinioni Theodori Gazæ, & Demetrij Chalcondylæ, aliorumq. priscorum ac primariæ classis Grammaticorū, qui dicūt omnia primæ Declinationis nomina, siue simplicia sint, siue cōposita, siue deriuata, sub vtraq; terminatione ας videlicet & ης, Mascula esse, vt omnia secundæ sunt Feminea. Quòd si à nominibus primæ Feminea deducere velis, tu illa ex prima, quæ propria Masculorum tantùm, deriuabis, vel in secundam, vel in quintam, prout Nomini congruet magis & quadrabit, vel secunda, vel quinta, vt ὁ δικαστὴς· καὶ ἡ δικαστρία, τῆς δικαστρίας, ὁ ψάλτης, καὶ ἡ ψάλτρια, ίας. ὁ πολίτης, καὶ ἡ πολῖτις, πολίτιδος. ὁ δεσπότης. καὶ ἡ δεσπότις, δεσπότιδος. & δέσποινα, οίνης παρακοίτης καὶ ἡ παράκοιτις, παρακοίτιδος. Tu idem de reliquis iudicato, atque obseruato, legendis auctoribus nominatissimis.

Dualia & Pluralia, &c. pag 8 vers.19.

Articulus Femineus Dualis numeri est τὰ, ταῖν.

Pluralis, αἱ, τῶν, &c. vbicumque habet τ literam capitalem aut supra vocalem initialem spiritum asperum, tu inde vtrumque detrahito, habebis singulas καταλήξεις singulorum casuum Dualis & Pluralis numeri, Nominum omnium primæ inflexionis. Quando ergo dicit Clenardus (conueniunt cum Articulo) non possunt cum eo nisi terminatione tantùm conuenire. Iam verò oculos deflecte in elenchum Declinationis, in quo ab auctore præscribitur tibi formula inflectendorū per singulos & numeros & casus Nominum omnium huiusce classis primæ.

Finita in α, ρα, &c. pag. 8. vers. 31.

Quæ nomina secundæ Inflectionis desinunt in α, illa formant Genitiuos mutato α in ης. vt μοῦσα, μούσης. Excipe inde habentia ρ, δ, θ, aut vocalem diphthongúmve pro literis characteristicis: quia eiusmodi omnia retinent α finalem recti, in obliquis omnibus, immutabilem: vt μαῖα, μαίας, ᾳ, αν. Reliqua exempla repetas ex Clenardo. Siquidem autem dictio omnis apud Græcos suam habet characteristicam, id est, formatiuam, figuratiuámve: nec dubiè illam voco characteristicam dictionis literā, siue vocalē, siue consonantem, quæcunq; proximè anteit vocalē illius dictionis finalem. α præterea purum vocat Clenardus, quod vel vocalem vel diphthongum

 thongum

thongum ante se habet pro figuratiua. Quia omnis litera, imò & syllaba apud Græcos pura dicitur, quæ habuerit ante se vel vocalem simplicem, vel diphthongum pro characteristica. Quòd si habeat consonantem, dicetur impura.

Dualia & Pluralia sequuntur, &c. pag. 9 vers. 8.

Neutra tertiæ in Duali & Plurali sequuntur terminationē Articuli Neutrius generis eiusdem numeri. Masculea autem, Feminea, & Communia sequuntur terminationē Articuli Masculei inter declinandum. Ex hac tertia Græcorum Declinatione fluxit secunda Latinorum. Tu iam perpende elenchum formularium Declinationis tertiæ ab auctore tibi propositum.

Quarta Declinatio Atticorum pag 9. vers. 20.

Non soli Attici, sed & Dores nomina in hac quarta Declinatione inflectunt, quam ex tertia (in qua, lingua communi, declinantur) in hanc quartam, quæ ipsorum est propria, deriuant, conuertentes vbique ο tertiæ in ω: vt ex tertia confletur quarta. Reliquas mutationes diphthongorum οι, ου, & Neutrorum Pluralium in ω, ex α tertiæ discito ex Clenardo.

Quinta Declinatio imparisyll. pag. 10. vers 2.

Cùm variæ sint terminationes Nominum quintæ Declinationis, ex illis haud dubiè numerosis, Genit. alioqui supra rectum excrescens, in ος perpetuò desinit. Vbi autem Genitiuum ex Nominatiuo formaueris eiusdem Genitiui literam figuratiuam perpendito. Quia quę litera characteristica est Genitiui singularis, eadem perdurabit figuratiua in reliquis deinceps casibus, cuiuscunque sint generis nomina & numeri, præterquam in Datiuo Plurali, in σι vel actu, vel potentia perpetuò desinente. Cæterùm ex hac quinta Græcorum, facta est tertia Latinorum.

Quòd si tum penult. pag. 15. vers. 34.

Quanta est penultima Datiui Singularis Nominum quintæ Inflexionis, tanta esse quantitate debet & Datiui Pluralis penultima. Nam si longam penultimam, siue natura, siue positione habuerit Singularis Datiuus, penultimam quoque extendet Datiuus Pluralis, eo quo docet modo Clenardus in habentibus δ, θ, ν, τ, pro indicibus Datiui Singularis, in eoque positionem facientibus. At breuis penultima Singularis Datiui, breuis quoq. manebit in Plurali Datiuo, qui tamen semper à suo Singulari (eo quo docet modo Clenardus) formatur. Exempla liquidò cōstant ex verbis ipsius auctoris, tu ex eo illa expiscare.

Illa in ρς quæ Syncop. &c pag. 16. vers. 7.

Nomina in ρς, quæ inter declinandum Syncopen patiuntur, à Datiuo Singulari Syncopen passo, Datiuum Pluralem potius σιν-te ι formant: sed ad vitandam κακοφωνίαν, quæ fit ex concursu tot

consonantium malè durièq; inter se cohærentium, interseritur α. Exempla id probantia reperies plurima apud Clenardum, tu ex eo illa in tuum vsum depromito.

Atque hæ quidem Declin. &c pag 16. vers. 11.

Decem sunt apud Græcos Nominum Declinationes, quæ diuiduntur in quinque Declinationes Nominum Simplicium, hoc est, simplici formula & sine vlla contractione declinatorum, & in quinque contractorum Nominum inflexiones: intelligas tamen oportet, quinque ordines cõtractorum ortum ducere à quinta simplicium inflexione, formante Genitiuum in ος purum, & reliquos item casus in terminationem puram. Contracta Nomina sunt ea, quæ vel Synæresim vel Crasin patiuntur; & ob id à Græcis illa ἐμπαθῆ, hoc est, passa seu affecta, vocitantur. Alia verò; quæ vtpote superius tradita sunt, & ἁπλᾶ, & ἀπαθῆ, id est, simplicia, & impassa nominantur. Et, vt quod res est summatim dicam, nulla neque Nomina, neque verba dicuntur contracta, nisi quatenus passa sunt vel Crasin, vel Synæresin, ita vt in Nominibus voces omnes incontractæ sint planè quintæ simplicium Nominum Declinationis: vbi verò receperunt contractionem, tum fiunt alicuius classis contractorum Nominum. Idem de Verbis iudicium, vt suo loco fusiùs aperiemus.

Est autem Synæresis, duarum vocalium seruatarum in vnam diphthongum contractio & coalescentia: vt cum εϊ in ει, αϊ in αι in ᾳ contrahuntur, vt ὄρεϊ ὄρει, λητόϊ λητοῖ, γήραϊ γήρᾳ. Synæresis autem sic habet, vt deducas a συν, cum: & αἱρέω, & per Crasin αἱρῶ, traho, capio.

Crasis verò, est duarum vocalium, vel vocalis & diphthongi mutatarum in vnam vocalem vel diphthongum commixtio: vt in his, ἀληθέος ἀληθοῦς ἀληθέα ἀληθῆ ἀληθέοιν ἀληθοῖν: in quibus εο in ου, & εα in η & εοι in οι miscentur & contemperantur. Dicitur autem Crasis a Verbo κεράννυμι, cuius præteritum Actiuum est κέκρακα, per Syncopen, pro κεκέρακα, vnde Passiuum κέκραμαι, à cuius secunda persona, videlicet κέκρασαι, fit Verbale κρᾶσις id est, mixtio, commixtio, temperatura, vel temperamentum. κεράννυμι & κεραννύω significat misceo, & tempero.

Animaduertes porro, omnem & Synæresin & Crasin fieri perpetuò vel ex duabus vocalibus breuibus, in longam vel vocalem vel diphthongum; vel ex breui & longa, & sic per in longam. Quòd si contingat longam præcedere breuem, nulla inde fiet contractio, nisi rarissimè apud Poëtas, vt nos fusius in nostro enchiridio ad notionem Accentuum & quantitatis syllabarum. Tu reliqua exempla tibi depreme ex Clenardo: fuerit enim non difficile, præsertim industrio & ingenuè nato.

Prima Declinatio, &c. 16. vers. 27.

Tres sunt terminationes, quas Græci καταλήξεις vocant, Nominum omnium primæ classis contractorum, nempe ης, ες, ος. Notabis tamen in transitu, Neutra in ες deduci à Communibus in ης, atque adeò huiusce inflexionis Nomina omnia habere ε, pro characteristica, seu indice litera obliquorum casuum, ex qua vocali η & sequente vel vocali, vel diphthongo, contractionem fieri: eo quo sibi præscripsit modo Clenardus in formula contractionum Nominum primæ Inflexionis. At hæc Nomina, quæ in omnibus casibus contrahuntur, ὁλοπαθῆ à Græcis dicuntur, à Nomine ὅλος, totus, & πάθος, affectus, passio; quòd tota sint affecta, nempe in omnibus casibus contractionē recipiant: vt Ἡρακλέης Ἡρακλῆς, Ἡρακλέεος Ἡρακλέους, & ita deinceps. Quæ verò non in omnibus, sed in multis duntaxat contrahuntur, à Græcis πολυπαθῆ vocantur, à πολὺ, multum, & πάθος, affectio: quòd in multis, nec tamen in omnibus casibus affecta sint contractione: vt Δημοσθένης, Δημοσθένεος ους, & ita deinceps: in quo Nominatiuus & Vocatiuus Singulares non contrahuntur. Idem iudicium de reliquis id genus. Sed reperiuntur nonnulla in secunda potissimùm Declinatione, item in tertia & quarta, quæ quia in paucis casibus patiuntur cōtractionem, vocantur propterea ὀλιγοπαθῆ: ὀλίγος enim est paucus; πάθος verò, passio: quasi paucipassa, aut paucipatientia dicas.

Secunda Declinatio, &c. pag. 17. vers. 17.

Secunda contractorum Declinatio habet pro indice, seu formatiua obliquorum casuum breue ι, ex quo & vocali sequente semper fit contractio in ι longum. Omnis enim syllaba contracta, longa est naturâ. Quòd si proprietate linguæ Ionicæ verteris ι figuratiuam in ε, eandem cum prima contractionem recipiet, sed in illis duntaxat casibus, in quibus hæc secunda contractionē admittit. Est enim de classe ὀλιγοπαθῶν, id est, paucipassorum.

Quinta Declinatio, &c. pag 18. vers. 2.

In hac Declinatione duæ duntaxat contractiones recipiuntur, nempe in α lōgum & in ω: fit enim ex voce communis linguæ, vox Ionica, reuulsâ ν litera characteristica. Deinde ex voce Ionica, vtpote hiulca, cōflatur contractio, quæ propria est Atticorū. Et quia in hac Declinatione α breue litera est characteristica vocis Ionicæ, ex qua consurgit Attica contractio, si aut ι, aut ε sequatur figuratiuam α, semper in α fiet contractio, subscripto tamen iota, si ᾳ fiat ex αι. Quòd si præcedat α, & sequatur ω aut ο, siue solùm, siue in diphthongo, semper fit contractio in ω, subscripto tamen ι, si fiat ex οι, sic ῳ.

In Verborum Coniugatione, &c. pag 19 vers. 23.

Διαθέσεις, id est, dispositiones Verborum, formulæ videlicet coniuga-

coniugandi ac figuræ, tres sunt in Verbis Barytonis & Circumflexis, nempe ω Actiuorum, μαι Passiuorum, & μαι Mediorum. ω dispositio Actiua est, id est, quædam coniugandi formula, qua per omnes modos, omnia tẽpora, & omnes personas facilis notio est, quæ terminatio Actiua sit: vt γράφω, γράφεις, γράφει, γράφουσι, ἔγραψα, dispositionis Actiuæ sunt, quia ex ω deducuntur. De Passiuorum & Mediorum dispositione itidem est iudicandum. Appellatione dispositionum Demetrius τὰ γένη, id est, genera Verborum intelligit. Sed ex hac nostra diuisione dispositionum, si dispositio pro genere sumatur, palàm est, aliam esse rationem generum apud Latinos, & aliam apud Græcos. Genera Latina Verbi significationem explicant: Græca verò pro dispositionibus sumpta, ductum siue filum Coniugationis indicant. Quòd si Græcorum genera non pro dispositionibus sumas, sed Latinorum more illa, quatenus Verbi significationem explicant, consideres, multo plura nec dubiè Verborum genera apud Græcos reperias, quàm apud Latinos, vt ex altera hac diuisione patebit hoc modo: γένος ἐνεργητικὸν, id est, genus Actiuũ: vt, τύπτω, verbero: παθητικὸν, id est, Passiuum: vt τύπτομαι, verberor: οὐδέτερον, id est, Neutrum: vt ὑγιαίνω, id est, valeo: ζῶ, viuo: κοινὸν εἴτ' οὖν μέσον, id est, Commune siue Medium, vt βιάζομαι, id est, compello, vel compellor: cogo, vel cogor: violo, vel violor. Per se Actiuum siue Deponens, Græcè αὐτοενεργητικὸν, ἢ ἀποθετικὸν, vt μάχομαι, id est, pugno: αὐτοπαθητικὸν id est, per se Passiuum: vt πάσχω, patior: ὁλοενεργητικὸν, id est, omnino Actiuum in Verbis Neutris: vt ἀναβαίνω, id est, conscendo. Et αὐτοουδέτερον, id est, per se Neutrum: vt πλουτῶ, id est, ditesco, omnino Passiuum plus quàm Medium, seu plus quàm Commune: de quibus omnibus latissimè se expandit diuino, tum apud Gazam, tum apud Demetrium.

Quinta in λω, μω, νω, ρω, &c. pag. 20. vers. 1.

Quinta Coniugatio habet quatuor Liquidas siue Immutabiles λ, μ, ν, ρ, characteristicas Præsentis & Futuri, quæ manent in alijs quoque temporibus, non tamen figuratiuæ, sed ante ipsorum temporum figuratiuas: vt ψάλλω, Futur. ψαλῶ, ἔψαλκα, ἔψαλμαι, ἐψαλθῶ. Meritò proinde Immutabiles dicuntur, quia non mutantur in alias consonantes, sed eædem perpetuò retinentur: vel ita reijciuntur, vt nulla alia consonans in ipsarum locum sufficiatur. In alijs Coniugationibus secus, siquidem in diræ.... Verborum primæ Coniugationis β π, φ, in Futuro migrant in ψ: Præteritum verò assumit φ pro indice. In alijs verò Coniugationibus periade, sola quinta excepta: Nota. Quacunque σ est figuratiua Futuri, κ est index Præteriti perfecti: vt ... , ..., ..., πέπεικα: ἀκούω, ἀκούσω, ἤκουκα. At in quinta Coniugatione, dicet aliquis, Præteritum in κα desinit, nec tamen Futurũ in σω. Correspondendum,

non immeritò prorsus Præteritum quintæ sibi reseruasse κ pro indice; siquidem proprietate duarum linguarum, Aeolicæ videlicet, & Doricæ, Futurum in Verbis omnibus quintæ in σω desinit, retenta tamen ante σω figuratiua vocis linguæ communis, vt ψάλλω, Futurum commune ψαλῶ, Doricum & Aeolicum ψάλσω: sic σπείρω, σπερῶ, σπέρσω: νέμω, νεμῶ, νέμσω: & ita in reliquis.

Præsens Singulare τύπτω, pag. 21. vers. 33.

Præsens, quod modò fit, significat: vt λέγω, id est, loquor. A Græcis vocatur ἐνεστὼς χρόνος, id est, instans tempus, ab ἐν, id est, in; & ἵστημι, sto: significat enim id quod adest, quodque præsens est: quippe actum ipsum existere, & nondum desijsse indicat.

Imperfectum, &c. pag. 21. vers. 20.

Præteritum Imperfectum à Græcis παρατατικὸς χρόνος dicitur, id est, extensiuum tempus, extenso vtpote tempore in rē quæ agebatur nondum perfectam. Nonnulli Grammaticorum inchoatiuum modum nominant, quia id quod agitur, partim quidem præteriisse, sed adhuc pēdere, & quasi extensum esse, significat: à παρατείνω, id est, extendo: vt, Cùm tu rideres, plorabam.

Datiuis Pluralibus, &c. pag. eadem, vers. 23.

Ex verbis auctoris tibi ostenditur duntaxat linguæ Communis appendix. At verò lingua Attica fit eadem, etiam ante consonantem sequentis dictionis capitalem, vt τύπτουσιν ἑτέρν. Tu ergo cum canonem sic colligas: Datiuis Pluralibus in ι desinentibus, tertiis item personis quorumcumque Verborum aut in ε aut in ι finitis communes quidem ν appendicem addere consueuerunt sequente dictione quæ incipiat à vocali: Attici verò, etiam sequente consonante: Iones nunquam, quippe qui & dictionibus & orationibus quantumuis hiulcis gaudent, aut certè in prædictis casibus & personis ι vel ε, per Apostrophum elidere solēt. Et quia in mentionem Apostrophi denuo incidimus, supplenda hoc loco sunt à nobis illa, quæ de proprietate Apostrophi incogitantes omisimus, cum de Apostropho ageremus, nempe omnem vocalem quæ elidatur per Apostrophum, breuem esse, etiam si de classe bitemporearum sit. Quòd si sint diphthongi αι & οι, quæ natura sunt longæ, & in fine dictionū ante vocalem sequentis dictionis capitalem, ancipites: in ratione tamen Apostrophi, perinde atq. in ratione assignandorum accentuum, pro breuibus habentur, & proinde apud Poetas potissimùm per Apostrophum frequentissimè eliduntur.

Diphthongi Mutabiles, &c. pag. 22. vers. 8.

α & ο præpositiuæ vocales, in diphthongis mutabilibus αι, αυ, οι, nihil minùs mutabiles sunt, ac cùm citra complexum diphthongi comperiuntur. Nam α in η, ο verò in ω, proprias vtpote lōgas, commutantur; subiunctiua verò ι illis subpingitur. At in diphthongis

immuta-

immutabilibus nulla fiet neque præpositiuæ, neque subiunctiuæ vocalis mutatio, nisi aliquando apud Atticos, qui ex diphthongis αι & ει conuertunt ι præpositiuam diphthongi in η: vt αὐχένιζω, ηὐχένιζον: εἴδειν, ἤδειν, noueram: plus quàm perfectum Medium a themate εἴδω. In η autem iota subditur, quod illi est perpetuum, quando subiunctiua est in diphthongo propria, si ex propria conflaueris impropriam, υ non item.

Perfectum τέτυφα, &c. pag.22. vers.25.

Παρακείμενος χρόνος, id est, adiacens tempus, quod vulgo Latinorum præteritum perfectum dicitur, prorsum absolutam actionem designat. Et Græcis adiacens tempus dicitur, quia quod iam primum factũ est, significat; à παρὰ, ad, iuxta: & κεῖμαι, iaceo: vnde compositum παράκειμαι, adiaceo: παρακείμενος, adiacens. Totam enim (vt dixi) actum exactũ esse significat, sed paulo antè, ita vt instanti seu præsentia adiaceat: vnde quia tempus signat prçteritũ, sed limitatum & circumscriptum, ideo ab Aoristo differt, vt aperiam suo loco.

Quod ad primam (s syllabam) attinet, &c. pag.eadem, vers.30.

Quæcunque Verba vocales habent, diphthongosque tam mutabiles quàm immutabiles thematis initiales, quæcumque item à consonantibus incepta, in principio imperfecti habent ε augmentum syllabicum positione longum, eadem initium habent in omnibus præteritis, nempe præterito imperfecto, perfecto, plus quàm perfecto, & duobus Aoristis: vt ἀνύω, ἤνυον, ἤνυκα, ἠνύκειν, ἤνυσα, ἤνυον: sic σπείρω, ἔσπειρον, ἔσπαρκα, ἐσπάρκειν, ἔσπειρα, ἔσπαρον: eodem modo id genus reliqua omnia, quæ sunt innumera, quæq. tua ipsius diligentia tibi venaberis, perlegendis magnis auctoribus.

At disyllaba quinta, &c. pag.23. vers.21.

Ab hac lege exorbitant Verba disyllaba quintæ coniugationis habentia μ pro indice tum Præsentis tum Futuri; siquidem non mutant ι Futuri penultimam in α in præterito, sed formant Præteritum Præteritive penultimam instar Verborum sextæ Coniugationis Barytonorum, aut certè primæ Contractorum, ac si νεμέω, vel per κρᾶσιν νεμῶ, pro νέμω Barytono vsitato diceres: vnde Futurum foret νεμέσω, vertendo σω in κα, præfixoq. augmento ex Futuro formaueris Præteritum νενέμηκα, vsitatissimum; & nõ νενέμακα. quod quidem Præteritum format paulo post Clenardus, asserto η uel α, per Epenthesin videlicet vocali ν. Tu vtramque rationem expẽde, vt collatione vtriusque, & auctoris, & meam intelligas mentem.

Plus quàm perfectum ἐτετύφειν, &c pag. eadem. vers 24.

Plus quàm perfectũ vocatur Græcis ὑπερσυντέλικος χρόνος, id est, Plus quàm perfectũ tempus; eius vsus est Græcis, qui & Latinis:

ab ὑπὲρ

ab ὑπὲρ, suprà; σὺν, cum: & πλέω, finio, perficio; quòd finitum esse actum, & multo antè, significat.

In fronte assumitur ε, &c. pag 24. vers 4.

Quæ habent ε incrementum syllabicum breue in fronte Imperfecti, quomodo ad Præteritum vsq. Plus quàm perfectum crescant in principio, tu sic perpēdito: τύπτω Præsens dissyllabum est; ἔτυπτον Imperfectum trisyllabum: τέτυφα Perfectum trisyllabum, crescit vna duntaxat litera, quæ ex initio thematis repetitur supra augmentum syllabicum, si ipsum quidem fuerit breue, ad constitutionem primæ syllabæ Prętcriti perfecti τέτυφα: quod quia incipit à consonante, plus quàm perfectum assumit denuo ε incrementum alterum syllabicum, sic, ἐτετύφειν, de reliquis idem iudicium. Notabis tamen plus quàm perfectum aliquando contentum esse augmento Præteriti perfecti, vt docebitur aliàs.

Aoristus primus ἔτυψα, &c. pag eadem, vers. 11.

Αόριστος χρόνος, id est, indefinitum tempus, consummatam quidem actionem esse significat, sed indefinitè, id est, neque multo, neque paulo antè, indicat; ob idq; ἀόριστος dicitur, ἀπὸ τοῦ α, στερητικοῦ μορίου, id est, ab α priuatiua particula, & ὁριστὸς, id est, finitus: ὁρίζω, finio, definio, Differt autem ἀόριστος à παρακειμένῳ, i. adiacēte, quòd παρακείμενος rem iam primùm præteriisse indicat; vnde dicitur adiacens, quasi iuxta id positum, quod transit. Αόριστος verò præteriisse rem significat, sed indefinitè (vt dixi) quia ambiguū est, num olim, an modò præterierit id quo de agitur, cùm per Indefinitum exprimitur, quòd eius significatio alioqui præterita nō circumscribatur neq. limitetur: vt cùm dico τέτυφα, id est, verberaui, indico me iam primùm verberasse. Cùm verò ἔτυψα vel ἔτυπον dico, vtēs indiscriminatim alterutro Aoristo, verberasse me significo: verùm ambiguus est quo cū ego loquor, olim ne, an nuper verberauerim. Quæ duplicis Præteriti ratio vel hoc mihi probatur, quòd actus alios παρακειμένῳ, alios verò ἀορίστῳ significantiùs exprimamus. Romanus vtrumque Præteritum sub voce vnica confundit, vertens pro τέτυφα ἔτυψα & ἔτυπον, verberaui. Gallus proprietatem Hellenismi felicissimè assecutus, pro τέτυφα suo idiomate vertit *ie le ai batu*: & pro Aoristo vtroque ἔτυψα & ἔτυπον, *ie le bati*. At si Aoristo adiunxeris Aduerbium ἄρτι, id est, nuper, Præteriti perfecti significationem fueris assecutus; vt ἔτυψα vel ἔτυπον ἄρτι, hoc est, verberaui nuper Gallicè, *ie le bati n' a pas long temps*: hoc est, τέτυφα Græcè, *ie le ai batu* Gallicè. Si verò Aoristo addideris πάλαι, i. olim, plus quàm perfecti significationem habueris: sic, ἔτυψα πάλαι, i. ἐτετύφειν. Ambo autem Indefinita, significatione inter se conueniunt, sicuti & ambo Futura. Proinde linguæ locupletādæ gratia potiùs, quàm vlla necessitate, excogitata videntur hæc duo tempora congeminata. Ai

Ab Indicatiuo, &c. pag. 26. vers. 16.

Notio. Adde modum Indicatiuum basim esse ac fundamentum reliquorum omnium modorum; quippe cum ex eius temporibus singulis singula sint formanda tempora in reliquis deinceps Modis & Participiis. Idcirco primum omnium tibi sedulò ediscendus, memoriaque firmissima tenendus, vt nullo postea labore possis inde aliorum Modorum tempora corriuare, Præsens à Præsenti, Præteritum à Præterito, Aoristum ab Aoristo, Futurum à Futuro, vt viua voce, Deo adspirante, tradémus.

Futurum quoque nec hîc reperitur, pag. eadem, vers. 22.

Verba Demetrij sunt hęc: ἔτι ἐν τοῖς προστακτικοῖς καὶ ὑποτακτικοῖς μέλλοντες οὐκ εἰσίν, οἱ δὲ ἀόριστοι μελλόντων ἔχουσι σημασίαν, καλοῦνται δὲ ἀφ' ὧν παράγονται. id est: Præterea in Imperatiuis (inquit) & Subiunctiuis Futura non sunt, verum Aoristi Futurorum habent significationem: denominationem autem sumunt ab illis, à quibus deducuntur. Nihil quicquam neque citiùs neque tenacius hærere potest, quàm id quod oculi memoriæ commendarunt: idcirco breuissimos tibi præscribemus elenchos, formulasque deductionum temporum non pœnitendas, quibus citra laborē possis notionē assequi genuini discursus singulorum temporum per omnes Modos & Participia, deducendo illa à suis temporibus Indicatiui modi, hoc modo:

Indicat. præs. τύπτω, & Imper. ἔτυπτον, quæ in aliis modis coniunguntur, sic à superiore facta semper deductione.
- Imperat. τύπτε, ω in ε conuerso.
- Optat. τύπτοιμι ω in οιμι verso.
- Subiunct. ἐὰν τύπτω, vt in Indicat.
- Infinit. τύπτειν, à τύπτει addito ν.
- Particip. τύπτων, à τύπτω, addito ν.

Indicat perf. τέτυφα, & plusquàm perfect. ἐτετύφειν, quæ in aliis deinceps modis coalescunt sic:
- Imperat. τέτυφε, α in ε.
- Optat. τετύφοιμι, α in οιμι verso.
- Subiunct. ἐὰν τετύφω, α in ω.
- Infinit τετυφέναι, à τέτυφε, addendo ναι, & accentu in penul. retracto.
- Particip. τετυφὼς, α in ως.

Indic. Aorist. 1. ἔτυψα, ας. A quo in reliquis deinceps modis reiice augmentum.
- Imperat τύψον, α in ον verso.
- Optat. τύψαιμι, α in αιμι.
- Subiunct. ἐὰν τύψω, cōuerso α in ω.
- Infinit. τύψαι, à tertia Indicat. ε verso in αι.
- Particip. τύψας, à secunda Indicatiui ἔτυψας, reiecto augmento ε psilo.

Indic.

Indicat. Aorist. 2. ἔτυπον, ες. A quo deinceps reiiciendum augmentum in Aorist. 1.
- Imperat. τύπε, ον, in ε.
- Optat. τύποιμι, ον in οιμι.
- Subiunct. τύπω, ον verso in ω.
- Infinit. τυπεῖν, idem cum secundo Futuro, de quo paulo pòst.
- Particip. τυπών, acuto ών, ex ον grauitono, & reiecto augmento.

Indicat. Futurum primum τύψω,
- Optat. τύψοιμι, verso ω in οιμι.
- Infinit. τύψειν, à τύψει, addendo ν, vt in Præsenti.
- Particip. τύψων, à τύψω, addendo ν.

Indic. Fut. 2. τυπῶ, à 2. Aoristo ον in ῶ circumflex. detractoque augmento.
- Optat. τυποῖμι verso ῶ in οῖμι.
- Infinit. τυπεῖν, à τυπεῖ, addendo ν.
- Particip. τυπῶν, à τυπῶ, addito ν.

Iam verò reliquas formationes temporum tu ipse aut ex Clenardo, aut ex quouis alio Grammatico aucupare: fecisse namque satis officio hoc loco mihi videor, si digitum (vt aiunt) in fontem intenderim, vnde Græcarum literarum studiosi alias subinde atque alias aliorum ex aliis temporum deriuationes hauriant. Nec me fugit, alios alia ratione deductionis & excursus quorundam temporum aliquãdo vsos. Mihi quidem certè placet facilitas, quam hactenus siue Græca, siue Hebraica fuerint mihi tractanda, quàm potui diligentissimè enixissimeque sum consectatus. Quod quàm verum sit, attestari possunt ij iuuenes ingenui, qui toto hoc septennio aut octennio peregrinas literas me profitentem sedulò studioseque audierunt. Nunc autem pergamus ad Verba Passiua.

Fit ab Actiuo, extre. &c. pag. 29. vers. 17.

In formatione Præteriti Passiui ex Actiuo, dicit Clenardus extremam literam aut syllabam conuerti in μαι. Tu autem hunc in modum distinguito, vt dicas, in prima & secunda duntaxat Coniugationibus extremam literam, quæ perpetuò est α conuerti in μαι: in reliquis verò deinceps Cõiugationibus, in quibus videlicet præteritum in κα definit, integra ipsa syllaba extrema κα migrat in μαι.

In prima Coniug. &c. pag. eadem, vers. 20.

Formando Præteritum Passiuum ex Actiuo, inuenias primum ordinem mutarum inter se oppositarum hac ratione: nempe vt φ sit index Præteriti Actiui, in prima verò Passiui persona, β, Media, ante μαι: sed quia β cum sequente litera, quæ est μ, malè cohæret, idcirco vertitur in μ alterum, vitandæ Cacophoniæ gratia, vt τέτυφα, τέτυβμαι. vnde τέτυμμαι. In secunda verò & tertia persona, ante σαι videlicet & ται, est π, tenuis: vt τέτυψαι, pro τέτυπσαι, τέτυπται: ψ enim valet πσ. vt nos docuimus suo loco.

Eadem

Eadem hic ratio, &c. pag. 25. vers. 34.

In secunda Coniugatione secundus ordo mutarum inter se, eo quo suo loco docui modo, oppositarum format Præteritum Passiuum ex Actiuo, sic vt χ sit index Præteriti Actiui: γ verò quæ media est, ante μαι, in prima videlicet Præteriti Passiui persona sedem habeat: in secunda verò ac tertia eiusdem Præteriti Passiui persona Singulari, ante σαι & ται, videlicet, est κ tenuis; vt λέλεχα, λέλεγμαι, λέλεξαι, pro λέλεκσαι, λέλεκται ξ enim, vt antè dictum est, valet κσ. At in Præteritis reliquarum Coniugationum isthæc mutarum oppositio locum habet minimè, nisi demum in quarta, si quando in formatione Futuri & Præteriti perfecti secundam imitetur Coniugationem, de cæteris autem consulito Clenardum.

Sexta Coniugatio nunc, &c. pag. 31. vers. 29.

Verba illa quæ ex sexta Barytonorum migrant in aliquam classem Contractorum, si perfecti Actiui penultimam longam habuerint, nihil ante μαι assument: vt ποιέω, πεποίηκα πεποίημαι: βοάω, βεβόηκα, βεβόημαι: χρυσόω, κεχρύσωκα κεχρύσωμαι. Sin breuem, ante μαι assumunt σ, vt τελέω, τετέλεκα, τετέλεσμαι: γελάω, γεγέλακα, γεγέλασμαι. Sunt quæ ibique σ proferuntur. ἀρόω, ἤροκα, ἤρομαι: δέω, δέδεκα, δέδεμαι: δράω, δέδρακα, δέδραμαι. At verba sextæ Coniugationis incontracta, quandoque σ recipiunt ante μαι: vt ἀκούω, ἤκουσμαι, id est, audio, auditus sum: κελεύω, iubeo, hortor, κεκέλευσμαι: κλείω, claudo, κέκλεισμαι, & κέκλειμαι: μύω, taceo, contraho, claudo, μέμυσμαι: σείω quatio, σέσεισμαι: κρούω, pulso, κέκρουσμαι. Quandoque nihil ante μαι adsciscunt: vt λύω soluo, λέλυμαι: βασιλεύω, regio fastidio clareo, sceptra teneo; βεβασίλευμαι: & alia id genus si qua reperiantur, eodem modo formabuntur: quæ tu tua ipsius diligentia lectione accurata venaberis.

Formula discursus ac deductionis temporum vocis Passiuæ Baryton. per omnes Modos & Participia.

Indicat. Præs. τύπτομαι, & Imperf. ἐτυπτόμην, quæ duo tēpora in aliis deinceps modis compactilia sunt, vt in Actiuo à τύπτω, ω in ομαι, fit τύπτομαι. Rursum ab ἔτυπτον, verso ον in όμην, fit ἐτυπτόμην.

- Imperat. τύπτου, à secūda Imperfecti, sublato augmento.
- Optat. τυπτοίμην ομαι in οίμην: vel ab Actiuο μι in μην, τύπτοιμι, τυπτοίμην.
- Subiunct. ἐὰν τύπτωμαι, vt in Indicat. sed ο precedens μαι, migrat in ω.
- Infinit. τύπτεσθαι, à secunda Plurali Indicat. verso ε in αι: vel à tertia Singulari, vertendo ται in σθαι.
- Particip. τυπτόμενος, verso μαι, in μενος.

Indicat. perfect. τέτυμμαι, & plusquàm perf. ἐτετύμμην: quæ in aliis deinceps modis compinguntur vt in voce Actiua: formationem eorum vide apud Clenard.

Imperat. τέτυψο, à secunda plusquàm perfect. sublato augmento.
Optat. τετυμμένος εἴην. Suppletur per Particip. præteriti temporis, & Verbũ Substant Optatiui modi, vt apud Latinos.
Subiunct. ἐὰν τετυμμένος ὦ, ἦς ᾖ: per Participium præteriti temporis, & Verbum Substantiuum Subiunctiui modi, more Latinorum.
Infinit τετύφθαι, à secunda Plural. Indicat. verso ε in αι, & accentu retracto in penult. vel à tertia Singulari, mutatis tenuibus in adspiratas.
Particip. τετυμμένος, à prima Singulari, μαι versa in μένος.

Indicat. Aorist. 1. ἐτύφθην, à τέτυπται, sublata reduplicatione, tenuibusque mutatis in adspiratas, & αι in ην. vide Clenardum.

Imperat. τύφθητι, à tertia Indicatiui, si videatur, sublato augmento, & addito vel θι vel τι. vide Clenardum.
Optat τυφθείην, à prima Singulari, sublato incremento, & inserta dipthongo ει inter mutam adspiratam, & terminationem ην, vt vides.
Subiunct. ἐὰν τυφθῶ, à prima Singulari, sublato augmento, & versa ην in ω circumflexum.
Infinit. τυφθῆναι, à tertia Singulari, sublato augmento, & addito ναι.
Particip. τυφθείς, à secunda Singulari Indicat. sublato augmento, & acuto ει pro η videlicet.

Indicat. Aorist. 2. ἐτύπην, ab Actiuo ἔτυπον, versa syllaba ον in ην.

Imperat. τύπηθι, à tertia Singul. sublato augmento, & addito θι.
Optat. τυπείην, à prima Singul. reiecto augmento, & intericcta ει dipthongo, vt in priore Aoristo.
Subiunct. ἐὰν τυπῶ, à prima Singulari, si videatur, remoto augmento, & ην in ω versa.
Infinit. τυπῆναι, à tertia Singul. sublato augmento, & addito ναι.
Particip. τυπείς, à secunda Singulari, sublato augmento, & acutitona vltima, & assumpta ει pro η.

Indic. Fut. I. τυφθήσομαι à secunda primi Aoristi persona sublato augmento, & addito ομαι: vt ἐτύφθης, τυφθήσομαι.

- Optat. τυφθησοίμην, à prima Singulari ομαι in οίμην.
- Infinitiuo τυφθήσεσθαι, à secunda Plurali sui temporis Indicatiui, conuerso ε in αι, vt in Præsenti.
- Particip. τυφθησόμενος, à prima Singulari μαι in μενος.

Indicat. Futur. 2. τυπήσομαι, à secūda persona secundi Aorist. sublato augmento, & addito ομαι: vt ἐτύπης, τυπήσομαι.

- Optat. τυπησοίμην, à prima Singulari, ομαι in οίμην verso.
- Infinit. τυπήσεσθαι, à secūda Plurali sui temporis Indicat. sed ε in αι.
- Particip τυπησόμενος, à prima Singulari sui temporis Indicat. modi, μαι in μενος, τυπήσομαι, τυπησόμενος.

Indicat. paulo pòst Futur. τετύψομαι, à secūda perfecti, interiecto ομ, vt τέτυψαι, inter ψ & αι interposito ομ, fit τετύψομαι. vide Clenardum, & contra naturam Futurorum, quippe augmento carentium, retinet augmentum præteriti, à quo formatur, idque in omnibus modis

- Optat. τετυψοίμην, à prima Singulari ομαι in οίμην verso.
- Infinit. τετύψεσθαι, à secunda Plurali Indicat. ε verso in αι.
- Particip. τετυψόμενος, à prima Singulari, verso μαι in μενος. τετύψομαι, τετυψόμενος.

Nec te moueat, studiose Lector, quòd aliam viam ingressus ego, alia plerumq; ratione ac methodo vsus sim, quàm alij Grammatici consectati sunt. Mihi in quibusdam placuit alia subinde atque alia præceptio, non in omnibus, inquã, sed in nonnullis dumtaxat. Studui enim (vt prædixi) & facilitati, quantum in me fuit, & breuitati. Si alia methodus tibi arrideat, eam amplectere. Si compendiariam magis nactus fueris viam, eam ingredere, eam insiste. Nihil enim refert, quo quisque modo, quaq. ratione discat, dummodo rem rectè intelligere queat. In hisce formulis, à me breuitatis ergô tibi præscriptis, primas quasq. personas, in singulis temporibus tibi proposui: reliquas autem atque adeò motionem totam, excursumque Coniugationis integræ per omnes personas & numeros, ex Clenardo expiscare. Volui enim hanc tibi præscribere viam rationé.nve, qua, postquam ex Clenardo solidam Coniugationem didiceris, memoriæ tuæ possis, nullo propè negotio, inculcare ea præsertim, quæ in tanta multitudine, tot salebris, sinuosisque anfractibus facilè memoria elabi possunt, & excidere. Tu quòd ea quæsiuerim diuerticula, in quibus vtpote animum iam multis laboribus exantlatis, multisque sudoribus fatiscentem re-

creare ac reficere poſſis, æqui boniq́ue conſulas. Quoniam autem & Actiuum & Paſſiuum abſoluimus; reliquum eſt, vt de Verbo quoque Medio nonnihil agamus.

Verbum Medium, &c. pag. 36. verſ. 2.

Ab Actiuo & Paſſiuo Medium Verbum deflectût Græci, quòd ſignificationis vtriuſq. ſit particeps. Aliquando enim Actiuè, aliquando & Paſſiuè ſignificat, pro ratione vtpote conſtructionis.

Præſens & Imperfectum Verbi Medij eadem prorſus ſunt cum Verbo Paſſiuo. Perfectum verò & plus quàm perfectum formantur ab Actiuo per indicem ſecundi Aoriſti & ſecundi Futuri cum finali & augmento Perfecti & plus quàm perfecti Actiuorum. Proinde ſuperuacaneum foret, hoc loco proponere elenchos deductionum eorum temporum: ſiquidem iam Præſenti & Imperfecto Medij Verbi ſatisfecimus in formula Paſſiuorum, à quibus in duobus illis temporibus Medium ne latum quidem vnguem diſcedit. Quantum autem attinet ad Perfectum & plus quàm perfectum, ſequere tabulam Actiuorum. Reliquum igitur eſt, vt perſtringamus vtrumque Aoriſtum, & vtrumque Futurum in hunc modum.

Indic. Aoriſt. 1. Medius ἐτυψάμην, ab ἔτυψα: 1. Aoriſt. Actiuo, addendo μην, vt ἔτυψα, ἐτυψάμην.

- Imperat. τύψαι, à ſecunda Indicat. ω verſo in αι, & abiecto augmento: vt ἐτύψω, τύψαι ἄθαι.
- Optat. τυψαίμην, vnde & quomodo Imperatiuus, addendo μην.
- Subiunct. ἐὰν τύψωμαι, à ſecunda Indic. ſublato augmento, & addito μαι.
- Infinit τύψαϲθαι, à ſecunda Plurali Indic. modi, ſublato augmẽto, & ε verſo in αι.
- Particip. τυψάμενος, à prima Singulari, μην mutato in μενος, & abiecto augmento.

Indic. Aoriſt. 2. ἐτυπόμην, à ſecundo Aoriſt. Actiuo, ον in όμην verſo, vt ἔτυπον, ἐτυπόμην.

- Imperat. τυποῦ, à ſecunda ſui temporis Indic. modi, ſublato augmento, & circumflexa vltima, vt ἐτύπου τυποῦ, τυπέϲθω.
- Optat. τυποίμην, a prima Singulari, ſublato augmento, & verſo ο penultimæ in οι.
- Subiunct. ἐὰν τύπωμαι, à prima Singul. όμην vertẽdo in ωμαι, cum auulſione augmenti.
- Infinit. τυπέϲθαι, à ſecunda Plurali verſo ε in αι, & augmento ſublato.
- Particip τυπόμενος, à prima Singulari, verſo μην in μενος, cum reiectione augmenti, vt ἐτυπόμην, τυπόμενος.

Indic.

Indic. Futur. 1. Medium τύψομαι, ab Activo τύψω ω in ομαι

- Optat. τυψοίμην, à prima Singulari, ομαι in οίμην.
- Infinitiuus τύψεσθαι, à secunda Plurali, ε verso in αι.
- Particip. τυψόμενος, à prima Singulari, verso μαι in μενος.

Indic. Futur. 2. Mediũ τυποῦμαι, à 2. Futur. Act. ῶ circumfl. vertẽdo in οῦμαι, vt τυπῶ τυποῦμαι.

- Optat. τυποίμην, τυποῖο, à prima Singulari, vertendo οῦμαι in οίμην.
- Infinitiuus τυπεῖσθαι, à secunda Plurali, verso ε in αι.
- Particip. τυπούμενος, à prima Singulari, verso μαι in μενος.

Notio. Ex præcedentibus igitur palàm est, τύπτομαι, vt Passiuũ significare percutior: vt Medium autem, percutio vel percutior sic reliqua & tempora & modos huiusce Verbi aliorumque consimilium, communiter exponito. Habent & Verba Deponentia Greci, quæ sola voce Passiua flectuntur. Actiuè tamen perpetuò significant; vt ἐργάζομαι operor: εἰργαζόμην, operabar· εἴργασμαι, operatus sum. In hisce Deponentibus coniugandis, primum omnium fingenda est vox Actiua, etiamsi abusiua sit.

Contractiones Verborum, &c. pag. 39. vers. 28.

Verba grauitona, Actiua, Passiua, & Media, hactenus explicuimus quàm potuimus breuissimè: si quid enim in nostris hisce adnotationibus desideretur, illud supplendum est ex Clenardo: siquidem illa duntaxat volui attingere, de quibus obscurè nimis locutus fuisset Clenardus, aut de quibus etiam nihil prorsus dixisset. Nunc restant determinanda circumflexa, de quibus animaduertas canones sequentes licet.

Verborum circumflexorum Coniugationes sunt tres, quæ quidem certè distinguuntur per figuratiuas Verborum grauitonorum sextæ Coniugationis, à quibus deducuntur.

. Hæ characteristicæ seu figuratiuæ sunt tres Mutabiles, ε, α, ο: vnde si Verbum grauitonum sexti coniugatus desinat in έω, circumflexum ex eo erit primi ordinis coniugandi: vt ποιέω, ποιῶ. Si in άω, secundi: vt βοάω βοῶ. Si in όω, tertij: vt χρυσόω, χρυσῶ. Proinde per ε primam, per α secundam, per ο tertiam dignoscimus coniugationem. Ab alijs autem Verbis grauitonis nulla deducuntur Verba circumflexa. Circumflexa ob id dicta sunt, quòd syllabam vltimam circumflectant, aut saltem syllabam affectam contractione, nisi sequens repugnet, quemadmodum & grauitona ab accentu graui, quo afficitur syllaba finalis. Dixi, nisi sequens repugnet, quia longa etiam contracta, ante aliam longam acuitur: vt ἐποιούμην. Contracta verò quia fiunt ex contractione vocalis figura-

tiuæ ipsius Verbi grauitoni cum sequête vel vocali vel diphthongo. Cùm igitur constet ex præcedentibus omnem contractionem fieri in hisce Verbis ex vocali figuratiua Verbi grauitoni, eademque breui, nempe ε, α, ο, & sequente vel vocali vel diphthongo: talem verò vocalium concursum tantùm reperiri in prima coniugatione temporum, hoc est, in Præsenti & Imperfecto, quæ habent easdem formatiuas inter se, vnde cognata dicuntur tempora, fit propterea vt hæc Verba habeant dumtaxat duo tempora, Præsens & præteritum Imperfectum in omnibus Modis & Participiis. Quocirca superuacaneum fuerit in Verbis eiusmodi cætera requirere tempora, cùm ea sint grauitonorum sexti coniugatus; de quibus superiùs abundè satis diximus. Enimuero quia verba hæc contracta formantur à grauitonis Actiuis, Passiuis, & Mediis, nemo attentet ea coniugare, antequam grauitonorum coniugationem exactè & tanquam proprios vngues tenuerit, alioqui ventos retibus capaturus. Tota enim eorũ difficultas in contractione consistit; quam tu prorsus deuitaueris, si grauitonis Coniugationibus perspectis & cognitis, canones pro formula contrahendi à Clenardo tibi præscriptos notaueris. Et quia tres (vt diximus) sunt Coniugationes contractorũ, tres etiam, pro numero Coniugationum, elenchos, quas figuras Contractionis vocant, tibi præscripsit, quas formulas habebis ob oculos; siquidem ex nobis alias non habebis. Verùm enimuero notabis sedulò, in omni formula seu elencho quatuor vocales, & quatuor diphthongos sequi continenter vocalem figuratiuam cuiusque Verbi grauitoni sextæ Coniugationis. Vocales eiusmodi sunt duæ breues, videlicet ε, ο: & duæ longæ η, ω. Quatuor autem diphthongi sunt, ει, οι, ου, & ῃ cum ι subscripto, vt videas apud Clenardum in singulis formulis. Si ω sequatur figuratiuam cuiuslibet Coniugationis, fit semper contractio in ω.

Indicatiuus Præsens ποιέω, ῶ, pag 41. vers. 1.

Ratio contrahendæ primæ Coniugat. est eiusmodi: Si diphthongus aut vocalis longa naturâ sequatur figuratiuam ε, in eandẽ ipsam sequentẽ fieri debet cõtractio: si verò ε, in ει: si ο, in ου. vide Clenard.

Indicatiuus Præsens, βοάω, ῶ, pag. 44. vers. 9.

In secunda Coniugatione si figuratiuam α sequatur vel ο vel ω, fiet in ω contractio. Si verò ε vel η, in α: quòd si ι sequatur in diphthongo, suppingitur vocali contractæ α vel ω, vt vides. Si autem ου, prorsus subtrahitur. Hinc constat liquidò, in hac Coniugatione secunda omnem contractionem fieri in α vel ω.

Indicatiuus Præsens, χρυσόω ῶ. pag 47. vers 5.

Contractio tertiæ Coniugationis sic fit: ο figuratiua, sequentibus duabus breuibus, ε videlicet & ο, aut etiam ου diphthongo, in ου contrahitur. Si verò sequatur η, aut quæcunque alia diphthongus, coi..

contrahitur in οι. At Theodoro Gazæ placet sequente η monophthongo contractionem fieri vel in ω, vel in ου: cui tamen refragatur Chrysoloras, cui placet οη in diphthongum οι duntaxat contrahi. Hinc palàm est, omnem huius Coniugationis contractionem fieri in οι, ου, vel ω.

Monosyllaba circumfl. pag. 49. vers. 33.

Verba, inquit, contracta reperiuntur monosyllaba in secunda Coniugatione, δράω, δρῶ: θλάω, θλῶ: κλάω, κλῶ. Sequitur apud Clenardum (in prima verò minimè) quem locum sic legimus: in prima verò primæ Coniugationis persona Singulari minimè, nec in prima Plurali, nec tertia, &c. Constat locum hunc vel librariorum vitio corruptum esse, vel Clenardum non satis dixisse: idque ex verbis Demetrij, qui sic locum hunc tractat: τούτων δὲ τὰ πρῶτα πρόσωπα ἐπὶ τοῦ ὁριστικοῦ ἐνεστῶτος καὶ παρατατικοῦ, καὶ ἔτι τὰ τρίτα τῶν πληθυντικῶν οὐ συναιροῦνται, τὰ δ' ἄλλα συναίρεσιν ἐπιδέχεται οἷον πλέω, πλέεις, πλεῖς: πλέει, πλεῖ: πλέετον, πλεῖτον, πλέετον, πλεῖτον: πλέομεν, πλέετε, πλεῖτε, πλέουσιν. ἔπλεον, ἔπλεες, ἔπλεις: ἔπλεε, ἔπλει: ἐπλέετον, ἐπλεῖτον: ἐπλεέτην, ἐπλείτην: ἐπλέομεν, ἐπλέετε, ἐπλεῖτε, ἔπλεον. id est, horum verò primæ personæ in Indicatiuo præsenti, & Imperfecto præterito, & item tertiæ Plurales non contrahuntur. Aliæ autem contractionem recipiunt, vt πλέω, id est, nauigo, &c. vt suprà. Adde quòd & Optatiua & Subiunctiua huiuscemodi Verborū non cōtrahuntur prorsus: vt πλέοιμι, πλέοις, πλέοι. ἐὰν πλέω, πλέῃς, πλέῃ, &c. Et de circumflexis quidem hactenus: nunc ad Verba in μι transitus est faciundus.

Indicatiuus præsens, τίθημι, pag. 53. vers. 2.

Verba in μι à terminatione nomen sortita sunt: Verba autem grauitona & circumflexa ab accentu.

Verba in μι quatuor habent Cōiugationes, quarum tres primæ deducuntur à Verbis grauitonis sextæ Coniugationis, habentibus circumflexa. Quæ autem in μι sunt quartæ, à Verbis item sextæ desinentibus in ύω: habentque omnia Verba in μι tria dumtaxat tempora, Præsens Præteritum imperfectum, & Aoristum secundum: cætera, quæ Verbis in μι tribuuntur, tempora sunt grauitonorum. Proinde Verba in μι primæ Coniugationis, fiunt à Verbis in έω: secundæ, à Verbis in άω: tertiæ, à Verbis in όω: quartæ, à Verbis in ύω desinentibus, mutando ω finale in μι, & penultimas vocales mutabiles in proprias longas, hoc est, ε & α, in η: & ο in ω: υ per se producitur, quæ longæ vocales in Duali & Plurali omniu Actiuorum primæ Coniugationis, & in omnibus Passiuis & Medijs iterum mutantur in suas breues. Verbis in μι trium primarū Coniugationum, & grauitonis item eorum thematibus Iones præfigunt augmentum ι: aut etiam loco τοῦ ι, in quibusdam ι, cui (nisi ex-

tendatur positione, aut præponatur Verbo incipienti à vocali (præponitur consonans capitalis litera ipsius thematis: vnde fit, vt Verba eiusmodi trium sint vt minimum syllabarum. Quæ autem nos hoc loco augmenta vocamus, Clenardus reduplicationes proprias & improprias appellitat.

Superiorum regularum exempla.

Themata grauitona, vnde fiunt Verba in μι.

θέω,	τιθέω,	τίθημι.
δόω,	διδόω,	δίδωμι.
ζδυγνύω,		ζδύγνυμι.
τάω,	ἱςάω,	ἵςημι.
ἕω,	ἱέω,	ἵημι.

Reliqua antem quæcunq. tradi possunt de Verbis in μι in præsentia, tibi ex Clenardo supplenda sunt, siue ad Coniugationem ea spectent, siue ad temporum deductionem; cuius certè deductionis formulas tibi præscripsissem, haud secus ac feci in Verbis grauitonis, nisi subijsset vereri, ne nimius essem in re ex antecedentibus perspicua satis. Nunc autem reliqua pergamus adnotare, quæ Clenardo intacta, aut ab illo non satis discussa, pernecessaria videbuntur.

Tertiæ personæ Sing. ὅς, οὗ. pag. 66. vers. 13.

Nominatiuus ὅς, Pronominis primitiui, auctore Demetrio, est abusiuè, sed à casu gignendi οὗ, id est, sui incipiendum, id quod Latini imitati Græcos, fecerunt.

Attici Demonstratiuis, pag. eadem vers. 30.

Singulis casibus Pronominum Demonstratiuorum Attici addunt iota acutitonum, idque auctore Demetrio, πρὸς πλείονα ἔνδειξιν, id est, ad maiorem demonstrationem. In trigesimo secundo autem versu pag. 66. τετὶ & ταυτὶ, pro τετοὶ & ταυτaὶ, dicta sunt per Syncopen, vitandi hiatus gratia.

Contrahuntur etiam Nomina in όος, pag 74. vers. 31.

Vox incontract. Nominum in οος desinentium, tertiæ est Declinationis simplicium, declinaturque instar nominis λόγος, λόγε. Eo namque modo, quo in secunda, reperiuntur quædam in casibus omnibus contractionem recipientia, vt docuit Clenardus pag. 73. vers. 31. Eodem quoque modo hæc in omnibus casibus contrahuntur. consule Clenardum.

Sic χρυσοῦς, pag. 75. vers. 10.

Nomina metallica contractionem admittentia, in syllabā contractam accentum (contra canones communes omnium aliorum Nominum) retrahunt, vide Clenardum.

Acuta in ϋς & εος, pag. eadem vers. 16.

Meminit hoc loco Clenardus eorum Nominum, quæ à Theodoro

doro dicuntur Nomina primi seu prioris υ, & nomina secundi υ: illa enim apud Theodorum dicuntur primi υ, quæ in obliquis pro υ finali recti & primi casus assumunt ε: vt πῆχυς, πήχεος. secundi autem υ, vocantur illa, quæ in omnibus casibus retinent υ: imò quæ in contractis casibus in υ contractionem ferunt: vt ὁ βότρυς βότρυες: οἱ & ὦ βότρυες βότρυς, τοὺς βότρυας βότρυς. consule Clenardum vers. 9. pagina 15.

Attici tertiis personis. pag. 78. vers. 9.

Si vel aliquatenus te torqueat hic locus Clenardinus, vide tu ea quæ de appendice tum Attica, tum communi superiùs diximus in eum locum Clenardi, vbi pag. 21. vers. 23. sic habet: *Datiuis Pluralibus, aut personis in ι desinentibus, &c.*

Litera ρ. &c. pag. eadem, vers. 12.

Verba omnia, quorum litera capitalis thematis est ρ, quia ρ consonans est, syllabicè augentur: sed vt ε syllabicum augmentum sit positione longum, ρ geminatur in Præteritis post ipsum augmentum: vt ῥέω, ἔρρεον: ῥίπτω, ἔρριπτον: sic reliqua cohors Verborum à ρ incipientium. Cæterum de tenuando & adspirando ρ, siue in principiis dictionum, siue in mediis dictionibus, abundè, satis, nisi fallor, locutus sum in initio harum adnotationum. tu igitur si quid hac in re hoc loco desideres, illinc repetas.

In incremento, &c pag. eadem, vers. 22.

Duo sunt verba ab α incipientia, quæ contra normam aliorum non mutant α in η in Præterito imperfecto; augmenti temporalis recipiendi gratia, propter concursum vtpote duorum η η vitandum: ἀηθέσσω, desuesco. Imperfect. ἀήθεσσον & non ἠήθεσσον. Sic ἀηδίζομαι, abhorreo, Imperfect. ἀηδιζόμην. Nec item ista duo: ἄω, spiro, ἄον: ne coincidat cum ἦον ibam: ἀΐω, audio; ἄϊον, ne denuo coincidat cum Imperfecto ἤϊον, ibam.

Diphthongum οι hac. &c. pag. 79. vers. 6.

Verba quæ hoc loco citantur à Clenardo, non mutant οι in Præterito Imperfect. sed illis superaddidit Vrbanus, οἰμώζω, id est, lugeo. Aoristo primo tamen vsus est Plutarch. ᾤμωξας: & Lascaris in tractatu de Verbis Anomalis ita dicendum esse censet. Aduertendum autem est, pleraque eiusmodi Verborum, aut Anomala esse, aut defectiua, aut certè inusitata in quibusdam temporibus. Proinde ex auctorum classicorum accurata lectione vsus eorum est attendendus.

Compositi augetur, &c. pag. eadem, vers. 11.

Præter ea quæ iam de augmento dicta sunt, sciendum, Verbum cum Præpositione compositum non plus significans quàm simplex, augeri in principio totius compositi: hoc est, si sui simplicis significationem seruet, suscipere augmentum ante Præpositionem, scilicet

licet in principio Verbi: vt ἔπω, dico, componitur cum ἐν, & idem significat ἐνέπω, ἤνεπον: εὕδω, dormio; καθεύδω, idem; ἐκάθευδον, compositum ex κατὰ & εὕδω, abiecta per Apostrophum extrema vocali præpositionis, & muta tenui conuersa in suam aspiratam, propter aspiratam sequentem vocalem. Tenuis enim muta, vt antè diximus, ante vocalem aspiratam, semper transit in suam aspiratam. Præpositione verò plus significati addente notandum fieri augmentum in principio Verbi simplicis, non Præpositionis per compositionem Verbo præfixæ, hoc est, vt apertiùs loquamur, Verba composita si significationem simplicis mutent, suscipiunt augmentum inter Præpositionem & Verbum: vt λαλέω loquor, καταλαλέω, detraho, κατελάλεον: γράφω, pingo, scribo: καταγράφω, describo, depingo; κατέγραφον: ἀκούω, audio; παρακούω, dissimulo audire, abaudio; παρήκουον. In quibus adueniente augmento abigitur vltima vocalis, vt prædiximus, Præpositionis, præterquam ab his duabus πρὸ & περὶ: vt τρέχω, curro: προτρέχω, præuerto, cursu præcurro: προέτρεχον. ἔρχομαι, eo, venio; περιέρχομαι, oberro, obambulo; περιηρχόμην.

Quædam Attici augent initio, &c. pag. ead. vers. 14.

Docet hoc loco Clenardus, quædã composita more Attico suscipere augmentum in principio, quædam in medio, & quædam vtrinque. quorundam tamen simplicia themata sunt abusiua.

Attici inchoatorum, &c. pag. ead vers. 32.

In Verbis incipientibus ab ι, ο, α, Attici Præterito communi Actiuo, Passiuo, Medio, duas literas initiales Præsentis anteponũt, corripiuntque sæpius tertiam à principio syllabam, si Verbũ quadrisyllabum excreuerit: vel, si mauis, hanc regulam accipe his Verbis: Præterito communi Verborum à breui vocali mutabili incipientium, Actiuo, Passiuo, & Medio, Attici duas primas literas thematis præfigentes, tertiamque à principio syllabam corripientes, si tres syllabas excesserit, proprium Præteritum faciunt Actiuum, Passiuum, & Medium. Tertia syllaba hoc modo corripietur, si longa fuerit: videlicet η in ε, & ω in ο conuertetur: & subiunctiuæ quidem, vtpote ι, υ, præpositiuam ε reijcient: ο verò subiunctiuas abijciet ex diphthongo, si tertia à prima syllaba longam vocalem diphthongúmve habuerit. Quòd si breuem vocalem, eam retinebit. Itidem & communem siue bitempoream: videas tamen in quibusdam tertiam à principio dictionis syllabam lõgam esse positione, sed non natura.

ἀλήθω, molo:	ἤληκα	η, ε	ἀλήλεκα.
ἐρωτάω, interrogo:	ἠρώτηκα	ω, ο	ἐρηρότηκα.
ἀλείφω, vngo:	ἤλειφα	ει, ι	ἀλήλιφα.
ἐλεύθω, venio:	ἤλευθα	ευ, υ	ἐλήλυθα.

ἐμέω

ἑτοιμάζω, paro:	ἡτοίμακα	οι, ο	ἐτητόμακα.
ἀκούω, audio:	ἤκουκα	ου, ο	ἀκήκοα.
ἀγείρω, congrego:	ἤγερκα	ε, ε	ἀγήγερκα.
ἐγείρω, excito:	ἤγερκα	ε, ε	ἐγήγερκα.
ὀλέω, perdo:	ὤλεκα	ε, ε	ὀλώλεκα.
ὀμόω, iuro:	ὤμοκα	ο, ο	ὀμώμοκα.
ἐρίζω, litigo:	ἤρικα	ι, ι	ἐρήρικα.
ὀρύσσω, fodio:	ὤρυχα.	υ, υ	ὀρώρυχα.
ὄλλω, perdo:	ὦλα		ὄλωλα.
ὄπτω, video:	ὦπα		ὄπωπα.
ἔδω, comedo:	ἦδα		ἐδηδα.
ὄζω, oleo:	ὦδα		ὄδωδα.
Præſentia.	Præterita communia.		Præterita Attica.

Similiter in Plusquàm perfecto fit Attica reduplicatio, vt ex ὀρώρυχα, ὀρωρύχειν· ὀμώμοκα, ὀμωμόκειν: & ſic de ſimilibus.

Attici præterita, &c pag. 80. verſ 24.

Themate à λ & μ incipiente Attici in Præterito pro λ & μ reiectis, ipſi ε adſciſcunt ι, vt conficitur diphthongus ει, vt λήβω, λέληφα, εἴληφα, εἴλημμαι, εἰλήφθην: μείρω, μέμαρμαι, μέμορμαι, εἵμαρμαι, εἱμαρμένος, εἱμαρμένη &c. conſule Demetrium.

Futura tria ſunt, &c. pag 81. verſ. 35.

Dicit Clenardus tria eſſe Futura, quæ ſpiritum præſentis ſeu thematis non ſeruant, ſed nullam ille addit rationem, præterquam de Futuro ἕξω, quæ tamen eſt inualida, ſi propiùs ingenij aciem intendas. Sed illa potiùs danda erat ratio, quæ omnibus communiter inſeruiret, nempe ne duæ aſpiratæ concurrerent in principio dictionis, exempla tibi ex Clenardo petenda ſunt, & ad amuſſim examinanda.

Quatuor Attici, &c pag 83, verſ. 35.

Hæc regula ſtrictior eſt, quàm ſit operæpretium: ſiquidem in numerum quaternarium cogi non debet, quia paſſim apud Ariſtophanem, & alios claſſicos auctores Græcos inuenias omnia, ſine vllo diſcrimine. Verba formare ſecundas tum Præſentium, tum Futurorum omnium perſonas in ει pro ῃ tu videris.

Et tertia Pluralis in Aoriſt. pag 93. verſ. 11.

Putat Clenardus Syncopen eſſe, cùm dicitur ἤγερθεν pro ἠγέρθησαν, & ἐκόσμηθεν pro ἐκοσμήθησαν: id quod profectò non feciſſet, ſi proprietatem linguæ Bœoticæ expendiſſet, quæ in Aoriſtis Paſſiuis à primis Singularibus in ην deſinentibus amborum quidem Aoriſtorum Paſſiuorum ην in εν mutata format tertias Plurales; vt ἐκοσμήθην, verſo η in ε, fit ἐκόσμηθεν. alioqui ſi cum Clenardo Syncopen eſſe cenſeremus, dicendum foret ἐκόσμηθαν, per affectam Syncopen; quod omnino eſt abſurdum. rectè contrà ſentit de reliquis, quæ

quę ille de Syncope tradit. & ſic hoc in loco canem⁹ receptui etiam inuiti. Multo plura enim in Clenardum adnotauiſſemus, niſi id vnum nobis accidiſſet, quod ſine lachrymis meminiſſe non poſſumus. Cùm enim ſtudioſo cuique, & linguæ potiſſimùm Græcæ candidato, haſce minutias rudioribus adhuc ingenijs, tenuiq́ue lacte alendis non omnino inutiles, ſcriberem, allata mihi ab amico epiſtola, quæ ſtylum meum, ſtudiorumq́ue meorum impetũ ſummopere repreſſit; quippe quæ me (quanto meo dolore, non dico) obitus materni certiorem fecit. Et quia homo ſum, nihilq́ue à me humani alienum putaui, vt ſunt hominum mores, humanis affectibus permotus ego, perlecta epiſtola, ilico & chartas & calamos abieci, obortis lachrymis. Per funeſtam lugubremq́ue eiuſmodi epiſtolam, ab amicis alijs ſuperſtitibus deuocabar ad pollincturam ac procurationem funeris materni; cui officio abnuere, impium omnino putandum fuiſſet. Cæterùm mihi dolet non parum, quòd opus nec ſatis abſolutum, nec eliminatum ſatis, emittere habeã neceſſe: impulſus præterea etiam à bibliopola, qui quotidianis conuicijs efflagitat, vt macto animo pergam edere fœtum vel immaturum. Quod profectò feci intrepidè, ſed ea procliuitate animi, ad literas bonas tum excitandas, tum fouendas, qua propenſus iam multos annos in ſtudioſos quoſque fui, & fore in animo eſt. Et quum illa inoleuerit conſuetudo, vt plerique omnes libros ſuos vel magnatibus quibuſdam, vel proceribus ciuitatis cuiuſpiam, vel columinibus quoque rerum publicarum, Regibus, Imperatoribus nuncupent: ego quidem certè τῆς κενοδοξίας aucupandæ minimè cupidus, obuio cuique, mihi certè beneuolo, iſtud meum dedico opuſculum, modò meminerit ille bene viuere, & lætari.

Τέλος.

Διάλεκτος est sermonis idioma, & linguæ proprietas: vel, est dictio proprium formæ characterem ostendens. Suntque Dialecti principales hæ quatuor, Ἰὰς, Ἀτθὶς, Δωρὶς, Αἰολὶς, Ionica, Attica, Dorica, Æolica. Κοινὴ, id est, Communis, dialectus dici non meretur; quippe quæ peculiarem non habens notam aut formã, sed ex varijs aggregata, Cõmunis nuncupata sit; cùm nihil sibi sit propriũ, sed communiter omniũ aliarum vtatur notis, & ex ijs constet, tũ potiùs, quòd aliæ omnes ea vtantur, & ex ea incipiant, tanquã canone quodam existente: qua scripsit maximè Pindarus. Ionica illa est, qua vsi sunt Iones, sic dicta ab Ione Apollinis & Creusæ filio: qua scripsit Homerus, licet probetur Herodoto Halicarnasseo in eius vita, Aeolicus fuisse. Hanc & antiquã esse constat, vtpote cuius cultores fuerint Phocenses, Miletij, Smyrnenses, Erythræi, Colophonij, Ephesij, Chij, & finitimi alij. Propriũ autem ipsius est, pro α vti η, vt Nominatiuo ἡ ἡμέρη, τῆς ἡμέρης, τῇ ἡμέρῃ, τὴν ἡμέρην. ὦ ἡμέρη: pro ἡ ἡμέρα, τῆς ἡμέρας, & sic deinceps: veluti etiã ἡ θύρη, ἡ ὠτειλὴ, pro θύρα, ὠτειλά. Circumflexus deinde syllabas diuidit in duo, nihil contrahens: siquidem pro ποιεῖν dicit ποιέειν, πονέεσθαι pro πονεῖσθαι, ἐχρύσοες pro ἐχρύσους, pro π sumit κ, vt κῶς, πῶς. pro aspiratis collisionibus profert tenues, cũ pro ἐφίππων dicit ἐπίππων, pro ἐφορᾶν ἐπορᾶν, pro ἀφαιρεῦμαι ἀπαιρεῦμαι. Quibusdã dictionibus adiungit ι, vt in Datiuis Pluralibus primæ, secundæ, & tertiæ Declinationũ: τοῖς κρονίδαις, κρονίδῃς κρονίδῃσι: sic ἀβύδαις, ἑρμείαις, Αἰνείαις, ταῖς μούσαις, μούσῃς μούσῃσι: πύλαις, πύλῃς πύλῃσι τοῖς λόγοις λόγοισι, προβάτοις προβάτοισι, & per Metaplasmum πρόβασι, sicut & ἄστρασι, ἔγκασι, πέταλσι, pro ἄστροις, ἐγκάτοις, πετάλοις. Attica Dialectus est, qua vsi sunt Athenienses, quòd sit Atticorũ, ab Athide Cranai filia sic nominata: qua scripsit Aristophanes. Cui singulare est, affatim vti cõtractionibus, sicuti & syncopa; ac dictiones inseparabiliter proferre, vt cùm dicit θοἰμάτιον, τοὔνομα, πατρῷον, πατρῷον, Νηρῇδα, Ἀπόλλω, ἀμείνω, κρείττω; pro τὸ ἱμάτιον, τὸ ὄνομα, πατρώϊον, πατρώϊον, Νηρηΐδα, Ἀπόλλωνα, ἀμείνονα, κρείττονα. Præterea σ & τ pro σ accipit, pro θάλασσαν dicẽdo θάλατταν, pro φράσσειν φράττειν; pro θαρσαλέως, ἄρσενα, θαρραλέως, ἄρρενα. Item

pro

pro σ vsurpat ξ, vt ξύμπας, ξύμφορον, ξύμβολον; pro σύμπας, σύμφορον, σύμβολον. pro ε quoque assumit υ, vt τοὔνδυμα, τοὔγκλημα, τοὔλαιον, τοὐπίσημον, τοὖργον, τοὖπος; pro τὸ ἔνδυμα, τὸ ἔγκλημα, τὸ ἔλαιον, τὸ ἐπίσημον, τὸ ἔργον, τὸ ἔπος. Plurales Nominatiuos in ῆς, à Masculinis in ευς factos, profert per η, vt γονεῖς γονῆς, βασιλεῖς, βασιλῆς. Addit insuper in dictionibus alijs ι: vt νυνὶ, τουτονὶ, ούτοσὶ, πρινὶ: pro νῦν, τοῦτον, οὕτος, πρίν. Nomina in εις, in Genitiuo effert per ω: ἀειςδὴς ἀειςέως, πηλεὺς πηλέως. dicit etiã ἕταρον pro ἑταῖρον, ἐς χρύσαν, pro εἰς χρύσαν. Ad hæc vtitur Nominibus vice Aduerbiorũ, vt δέον, πρέπον, pro δεόντως, πρεπόντως. Et in huiusmodi verbis, ἐδυνήθην, ἐδυνάμην, ἐβουλόμην, ἔμελλον, mutat ε in η, dicens ἠδυνήθην, ἠδυνάμην, ἠβουλόμην, ἤμελλον, & ita in similibus. Postremò manifestum est, hanc & Ionicam Dialectum, Genitiuum Singular. tertiæ Declinat. per οιο enuntiare, vt τοῦ λόγοιο, νόμοιο; pro τοῦ λόγου, νόμου: Singulares Accusat. Masculinos in α terminantes, per η proferre, vt δρυθέα δρυθῆ, πηλέα πηλῆ, τυδέα τυδῆ: Vocatiuos similes facere Nominatiuis, vt Vocatiuo ὦ λόγος: In ος & ον desinentia, per ο, & etiam α finalem in Nominibus Neutris vertere in ω: qualia in quarta parisyllaborũ Nominum declinatione, quæ ei propria dicitur: exempla sunt, ὁ πτεὸς communiter, πετεὼς Atticè: τὸ χρέον communiter, χρέων Atticè: τὰ χρέα communiter, χρέω Atticè. In quibus verò α productum est, debet enim penultima esse breuis, mutatur in ε, vt ναὸς νεὼς, λάος λεὼς, μενέλαος μενέλεως, πρωτεσίλαος πρωτεσίλεως, νικόλαος νικόλεως; in quibus ος quoque est purum: verùm κάλος κάλως, ταλός ταλώς, non desinunt in ος purum: λαγὸς facit λαγῶς, ὄρφος ὀρφῶς, accẽtu variato. Dorica lingua vocata est, quam Dores obtinuerunt, qua integrè vsi sunt Rhodij, Cretenses, Peloponnesij, Siculi, & alij, à Doro Hellenis filio nomine sumpto: in qua Theocritus relucet. Quæ peculiare habet, pro η vti α: vt Nominatiuo ἁ ἁμέρα, ἁ κράνα, pro ἡ ἡμέρα, ἡ κρήνη: τῆς κράνας, τῇ κράνᾳ, τὰν κράναν, ὦ κράνα, pro τῆς κρήνης, τῇ κρήνῃ, &c. sic etiam ἅλιος ἥλιος, ἁ κύπρις ἡ κύπρις, ἁδὺ ἡδύ. pro ω, α: vt in Genitiuo Plurali primæ & secundæ Declinat. ἑρμειᾶν, μουσᾶν, pro ἑρμειῶν, μουσῶν. pro ου diphthongo, ω: vt pro μοῦσα μῶσα, pro

λόγου

λόγε λόγω. pro ει, η: vt ἰδεῖν ἰδῆν, δέχμεῖν δέχμῆν, λαβεῖν λαβῆν: & etiam λάβεν, δράμεν, ἔλθεν, φέρεν, λέγην, per Aphæresin; pro λαβεῖν, &c. vel per Metathesin, pro δίφρον δρίφον. Pro Singularibus Femininis Nominibus vsurpat casus Plurales, pro καλὴν καλὰς, pro σοφὴν σοφὰς. Deniq; pro θ vtitur σ, vt σιὸν, σιὺς, pro θεὸν, θεὺς. Itidem geminationibus earundem consonantium, vt ὅττι, ὁππόθι, ὅσσον; pro ὅτι, ὁπόθι, ὅσον. vtitur etiam sæpe α pro ε, pro ἕτερος ἅτερος, pro ἄρτεμις ἄρταμις. αι pro ει, αἴκε pro εἴκε. τ pro κ. & contrà, vt τεῖνος pro κεῖνος, & πόκα pro ποτέ. Dialectus Æolica dicitur, qua vsi sunt Æoles, sic appellata ab Æolo Hellenis filio: qua scripsit Alcæus & Sappho peculiare huic in primis est, acutas dictiones inuertere, pro πυταμὸς πόταμος, pro καλὸς κάλος. Quibusdam deinde Nominibus Femininis Accusatiui casus apponere ι, vt καλὰς καλαῖς, σοφὰς σοφαῖς. pro ε vti αι, quod etiam Dorum est, vt μοῦσαι μῶσαι, βελὴ βωλὴ, ἰδοῦσαι ἰδῶσαι, λειπεῦσαι λειπῶσαι, λαλεῦσαι λαλῶσαι. pro ο item ω & υ: vt pro ὅμοιος, ὤμοιος & ὔμοιος. sic pro α, ο: vt pro στρατὸς στροτὸς, ἄνω ὄνω, θράσεως θρόσεως, σαλεὺς σολεύς. Pro ει diphthongo, η, vt & Dorica: ἐλθῆν enim dicit & μαθῆν, pro ἐλθεῖν & μαθεῖν. Incipientia porrò à quacunque vocali, leni spiritu afficit, dicendo ἡμέρα, ἥλιος, ὐμεῖς. Genitiuos Plurales effert in άων, τῶν ἡμεράων, νυμφάων, πυλάων, θυράων, παρθενικάων: Ionica έων. Præterea in quibusdam dictionibus ponit β ante ρ per Prosthesin, vt βρόδα, ῥόδα, βράκος, ῥάκος, βρυτὴρ ῥυτὴρ. pro gemino quoque μμ, accipit geminum ππ, vt τὰ ὄμματα ὄππατα dicẽs. Additiones syllabæ θα in Subiunctiuis verbis secundarum personarum in σ desinentium, sunt huius: vt εἴπῃσθα εἴπῃς, ἔλθῃσθα ἔλθῃς. Similiter & Syncope, vt ὦρσεν pro ὥρμησεν. In αις monosyllaba diuidit, vt πάις, δάις, pro παῖς, δαῖς. Præpositionẽ κατὰ vsurpat pro μετὰ. quandoque etiam pro γῆν γᾶν, pro ἀγῶνα ἄγωνον, pro πρίαμον πέρραμον vel πρίαμον, pro κράτος κρέτος, pro γαλήνη γελήνη, pro ἀὴρ ἤηρ, pro χρέας χρῆς. & multa alia quæ peculiari modo format. de quibus doceberis passim scrutando Grammaticos.

FINIS.

ΡΕΝΑΤΟΥ ΓΙΛΛΟΝΙΟΥ

ἐπίγραμμα εἰς Βουδαῖον, καὶ Βουδαίου

ἀπομνημονεύματα.

Ἑλληνισμὸς μῶλις ἐπιστείχων ἀνὰ Κέλτας
Ὄμμασιν ἀμβλώσσων, ἐπεδεύετο φωτὸς ἰάτρου
Ὃς νούσων τούτων ἐπιλωβέα κῆρ' ἀποέρσοι.
Αὐτὰρ ὁ Βουδαῖος ναὶ μὴν ἐπικαίριος ἦλθεν,
Ἠΰτε κυϊσκόμενος, μαράθου δ' ὃς ἐνίχυτος ὄρπηξ
Βοσκειθεὶς, ὠκύ τε καὶ ἀργηέντα τίθησι.


calibrite
colorchecker CLASSIC
mm